[illegible]

Montevideo (Paraguay?)

MANUALE

Ad vſum

Patrum Societatis

IESV

Qui in Reductionibus

PARAQVARIÆ

verſantur

Ex Rituali Romano

àc Toletano

decerptum

Anno Domini MDCCXXI.

Superiorum permiſſu

Laureti typis P.P. Societatis IESV.

DE SACRAMENTO
BAPTISMI

Sacerdos, omnibus, quæ ad huius Sacramenti adminiſtrationem in promptu eſſe debent, ritè paratis, lotis manibus, ſuperpelliceo, & ſtola violacea indutus, accédat ad limen Eccleſiæ, ubi foris expectant, qui infantem detulerunt, & accepto nomine baptizandi poſiti ſuper brachium dextrum illius, qui eum defert, ad baptiſmum procedat, in hunc modum nominatim interrogans.

ORDO BAPTISMI PARVVLORVM.

N. Quid petis ab Eccleſia Dei? *Patrinus reſpondet*: Fidem. *Sacerdos*. Fides quid tibi præſtat? *Patrinus reſpondet*: Vitam æternam.

Vulgari Sermone.

P. N. Mbae rehe pânga ereyerure Santa Madre Igleſia uperae? R. Ieſu Chriſto rerobiahaba rehe.

P. Ieſu Chriſto rerobiahaba mbae panga omee ndebene? R. Tecobe apîreỹ ỹbapeguara.

Sa-

Sacerdos. Si igitur vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum ſicut te ipſum.

Deinde ter exſufflet leniter in faciem infantis, & dicat ſemel: Exi ab eo, *vel* ab ea, immunde ſpiritus, & da locum Spiritui ſancto Paraclito. *Poſteà pollice facit ſignum Crucis in fronte, & in pectore infantis, dicens:* Accipe ſignum Crucis tam in fronte ✠ quàm in corde, ✠ ſume fidem cæ-

cæleſtium præceptorum, & talis
uſto moribus, vt templum Dei
iam eſſe poſſis.

Oremus.

PReces noſtras, quæſumus Domine, clementer exaudi: & hunc electum tuum N. Crucis Dominicæ impreſſione ſignatum perpetua virtute cuſtodi, vt magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſeruans, per cuſtodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per Christum Dominum noſtrum. R. Amen.

Deinde imponat manum ſuper caput infantis, ac dicat.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: diſrumpe omnes laqueos ſatanæ, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum fœtoribus careat,

&

& ad ſuauem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die in diem. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. R. Amen.

Deinde Sacerdos benedicat ſalem, qui ſemel benedictus aliàs ad eumdem vſum deſeruire poteſt.

Benedictio ſalis.

EXorcizo te creatura ſalis, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠ & in charitate Domini noſtri Ieſu Chriſti ✠, & in virtute Spiritus ſancti ✠.

Exorcizo te per Deum viuum ✠, per Deum verum ✠, per Deum ſanctum ✠, per Deum ✠ qui te ad tutelam humani generi procreauit, & populo venienti ad credulitatem per ſeruos ſuos conſecrari præcepit, vt in nomine ſanctæ Trinitatis efficiaris ſalutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noſter, vt hanc creaturam ſalis ſanctificando ſanctifices ✠ & benedicendo benedicas ✠, vt fiat omnibus accipientibus perfecta me

dicina, permanens in viſceribus eorum, in nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. R. Amen.

Deinde immittat modicum ſalis benedicti in os infantis, dicens:

N. Accipe ſalem ſapientiæ: propitiatio ſit tibi in vitam æternam. R. Amen. *Sacerdos.* Pax tecum. R. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus Patrum noſtrorum, Deus vniuerſæ conditor ve-

veritatis, te ſupplices exoramus, vt hunc famulum tuum N. reſpicere digneris propitius, & hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutiùs eſurire permittas, quò minus cibo expleatur cæleſti, quatenus ſit ſemper ſpiritu feruens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſeruiens. Perduc eum Domine, quæſumus, ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. R. Amen.

Ex

Exorcizo te inmunde ſpiritus in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ſancti ✠, vt exeas, & recedas ab hoc famuſo Dei N. Ipſe enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus ſuper mare ambulauit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto Filio eius, & ſpiritui ſancto, & recede ab hoc famulo Dei N. quia iſtum ſibi Deus & Dominus noſter Ie-

ſus

ſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionem, ſontemque Baptiſmatis vocare dignatus eſt.

Hic pollice in fronte ſignat infantem, dicens:

Et hoc ſignum ſanctæ Crucis ✠ quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole numquam audeas violare. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Mox imponit manum ſuper caput infantis, & dicit:

Ore

Oremus.

ÆTernam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis & veritatis, ſuper hunc famulum tuum N. vt digneris illum illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum, & ſanctifica: da ei ſcientiam veram, vt dignus gratia Baptiſmi tui effectus teneat, firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. R. Amen.

Poſtea Sacerdos imponit extremam

mam partem ſtolæ ſuper infantem, & introducit eum in Eccleſiam, dicens: N. Ingredere in templum Dei, vt habeas partem cum Chriſto in vitam æternam. R. Amen.

Cum fuerint Eccleſiam ingreſsi, Sacerdos procedens ad Fontem cum ſuſceptoribus coniunctim clara voce dicit:

CRedo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli, et terræ &c.

PAter noſter, qui es in cælis: ſanctificetur nomen tuum: &c.

Ac

Ac deinde, antequam accedat ad Baptiſterium, dicat.

Exorcismus.

EXorcizo te omnis ſpiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠ & in nomine Ieſu Chriſti filij eius, Domini & Iudicis noſtri ✠ & in virtute Spiritus ſancti ✠, vt diſcedas ab hoc plaſmate Dei N: quod Dominus noſter ad templum ſanctum ſuum vocare dignatus eſt, vt fiat templum Dei viui, & Spiritus ſanctus habitet in eo. Per eumdem Chriſtum Do-

Dominum noſtrum, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. R. Amen.

Poſteà Sacerdos digito accipiat de ſaliua oris ſui, & tangat aures, & nares infantis: tangendo verò aurem dextram, & ſiniſtram, dicat:

Ephetha, quod eſt, Adaperire: *deinde tangat nares, dicens:* In odorem ſuauitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudicium Dei.

Poſteà interrogat baptizandum nominatim, dicens: N. Abrenunti-

tias ſatanæ? *Reſpondet Patrinus:* Abrenuntio.

Et omnibus operibus eius?

R. Abrenuntio.

Et omnibus pompis eius?

R. Abrenuntio.

Vulgari Sermone.

P. N. Ereyabaetereco pãnga añanga rae? R. Ayabaetereco.

P. Opacatu hembiapò abe panga? R. Ayabaetereco.

P. Heco pochĩ tetîröngatu abe panga? R. Ayabaetereco.

Deinde Sacerdos inungit pollicem in oleo Catechumenorum, &

& infantem vngit in pectore, &
inter ſcapulas in modum Crucis,
dicens:

Ego te linio ✠ Oleo ſalutis in Chriſto Ieſu Domino noſtro, vt habeas vitam æternam. R. Amen.

Subinde pollicem, & inuncta loca abſtergit bombacio, vel re ſimili.

Hic ſtolam ſumit albi coloris, & interrogat expreſſo nomine baptizandum. Patrino reſpondente:

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terræ? *Reſp.* Credo.

Credis in Ieſum Chriſtum Filium eius vnicum, Dominum noſtrum, natum, & paſſum? *Reſp.* Credo.

Credis in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum carnis reſurrectionem, vitam æternam? *Reſp.* Credo

Vulgari Sermone.

*P.*N. Ererobia panga Tupã Tùba ypoacaruçu apĭreỹbae, ỹba, hae ỹbĭ moñangaramo heco rae? R. Arobia.

P. Ererobia pãnga Ieſu Chriſto Tay̆ra moñeperẽibae, ñandeyara, ỳ á haguera, hae Curuçu pĭpe ymanô aci catu haguera abe rano? R. Arobia.

P. Ererobia pãnga Eſpiritu Santo, ſanta Igleſia Catholica, Santos Comunion, hae Sacramentos rehe ñande ãngaipaba cañỹ, teônguera opacatu recobe yebĭhaguãma, hae tecobe apĭreÿ y̆bapeguara? R. Arobia.

Subinde expreſſo nomine baptizandi, Sacerdos dicit: N. Vis baptizari? *Reſpondet Patrinus:* Volo.

Vul

Vulgari Sermone.

P. N. Ndecarai potace panga?

R. Che carai potace catu.

Tunc Patrino, vel Matrina, vel utroque (ſi ambo admittantur) infantem tenente, Sacerdos vaſculo, ſeu urceolo, accipit aquam Baptiſmalem, & de ea ter fundit ſuper caput infantis in modum Crucis, & ſimul verba proferens, ſemel tantum diſtinctè, & attente dicit:

N. Ego te baptizo in nomine Patris ✠, *fundat primò*, & Filij ✠, *fundat ſecundò*, & Spiri-

tus

tus ✠ ſancti, *fundat tertiò.*

Si verò dubitatur, an infans fuerit baptizatus, vtatur hac forma: N. Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ ſancti.

Deinde intingit pollicem in ſacro Chriſmate, & vngit infantem in ſummitate capitis in modum Crucis, dicens:

DEus omnipotens, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua, & Spiritu ſancto, quique dedit tibi

re-

remiſſionem omnium peccatorum, (*hic inungit*) ipſe te liniat Chriſmate ſalutis ✠ in eodem Chriſto Ieſu Domino noſtro in vitam æternam. R. Amen.

Sacerdos. Pax tibi. R. Et cum ſpiritu tuo.

Tum bombacio, aut re ſimili abſtergit pollicem ſuum, & locum inunctum, & imponit capiti eius linteolum candidum loco veſtis albæ, dicens:

Accipe veſtem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chri-

ſti, vt habeas vitam æternam.
R. Amen.

Poſteà dat ei, vel Patrino, candelam accenſam, dicens:

Accipe lampadem ardentem, & irreprehenſibilis cuſtodi Baptiſmum tuum: ſerua Dei mandata, vt cùm Dominus venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei, vnà cum omnibus Sanctis in aula cæleſti, habeaſque vitam æternam, & viuas in ſæcula ſæculorum.
R. Amen. V. Vade in pace et Dñs

Si verò fuerint pluresbaptizandi, ſiue maſculi, ſiue feminæ,

in Catechiſmo maſculi ſtatuantur ad dexteram, feminæ verò ad ſiniſtram; & omnia pariter dicantur ut ſupra in proprio genere, & numero plurali. Verum prima nominis interrogatio, exſufflatio, Crucis impreſſio, ſeu ſignatio, tactus aurium, & narium cum ſaliua, abrenuntiationis interrogatio, vnctio Olei Catechumenorum, interrogatio de Fide, ſeu Symbolo, & ipſe Baptiſmus, inunctio Chriſmatis, candidæ veſtis impoſitio, atque accenſæ candelæ traditio, ſingulariter ſin-

ſingulis, & primum maſculis, deinde fœminis fieri debent.

Si infans, vel adultus ægrotus adeò grauiter laboret, ut periculum immineat, ne pereat, antequam Baptiſmus perficiatur, Sacerdos omiſsis quæ Baptiſmum præcedunt, eum baptizet, ter, vel etiam ſemel infundens aquam ſuper caput eius in modum Crucis, dicens: Ego te abptizo in nomine Patris ✠, *&c.*

Si non habeatur aqua Baptiſmalis, & periculum impendeat, Sacerdos utatur aqua ſimplici.

De-

Deinde ſi habeat Chriſma, liniat eum in vertice, dicens: Deus omnipotens Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, *&c. vt ſupra.*

Poſteà dat ei linteolum candidum, dicens: Accipe veſtem, *&c.*

Ac demum det ei ceream candelam accenſam, dicens: Accipe lampadem, *vt ſupra. Si ſuperuixerit, ſuppleantur alij ritus omiſſi.*

ORDO SVPPLENDI OMISSA SVPER BAPTIZATVM.

CVm vrgente mortis periculo, vel alia cogente neceſſitate, paruulus ſacris precibus, ac cæremonijs prætermiſſis, fuerit baptizatus: vbi conualuerit, vel ceſſauerit periculum, & ad Eccleſiam delatus fuerit, omiſſa omnia ſuppleantur, idemque ordo, ac ritus ſeruetur, qui in Baptiſmo paruulorum præſcriptus eſt. Excepto quod interrogatio, An velit baptizari, formaque

que Baptiſmi, & ablutio prætermittuntur, & quædam Orationes, & Exorciſmi ſuo quoque loco immutati, vt infra, dicuntur.

Sacerdos igitur antequam immittat ſalem in os baptizati, manum ſuper caput eius imponens dicit:

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum N. quem dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæci-

citatem cordis ab eo expelle : diſrumpe omnes laqueos ſatanæ, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum fœtoribus careat , & ad ſuauem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die indiem, vt idoneus ſit frui gratia Baptiſmi tui, quem ſuſcepit, ſalis percepta medicina. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. R. Amen.

Deinde poſteà ſumit modicum ſa-

lis

lis immiſit in os baptizati, dicens:
Accipe ſalem ſapientiæ, propitiatio ſit tibi in vitam æternam. R. Amen. *dicit:*

Oremus.

DEus Patrum noſtrorum, Deus vniuerſæ conditor veritatis, te ſupplices exoramus, vt hunc famulum tuum N. reſpicere digneris propitius, vt hoc pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire permittas, quò minus cibo expleatur cæleſti, quatenus ſit ſemper ſpiritu ferens, ſpe gaudens, tuo ſemper

nomini ſeruiens, & quem ad nouæ regenerationis lauacrum perduxiſti, quæſumus Domine, vt cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. R. Amen.

Poſt hæc facto ſigno Crucis in fronte baptizati, dictiſque illis verbis.

Et hoc ſignum Crucis ✠, quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole numquam audeas violare. Per eumdem Chriſtum noſtrum. R. Amen.

Manu ſuper caput eius impoſita dicit:

Oremus.

ÆTernam, ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis & veritatis, ſuper hunc famulum tuum N. vt digneris eum illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum, & ſanctifica: da ei ſcientiam veram, vt dignus ſit frui gratia Baptiſmi tui quem ſuſcepit: teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam,

ctam, vt aptus ſit ad retinendam gratiam Baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. R. Amen.

BENEDICTIO.
FONTIS BAPTISMI
extra Sabbatum Paſchæ & Pentecoſtes, cùm aqua conſecrata non habetur.

PRimum lauatur, & mundatur vas Baptiſterij, deinde limpida aqua repletur. Tum Sacer

cerdos cum ſuis Clericis, vel etiam alijs Presbyteris, Cruce, & duobus cereis præcedentibus, ac thuribulo, & incenſo, & cum vaſculis Chriſmatis, & Olei Catechumenorum deſcendit ad Fontem, & ibi vel ante Altare Baptiſterij, dicit Litaniam ordinariam Sanctorum.

Et ante ℣. Vt nos exaudire digneris, *dicat & ſecundò repetat ſequentem verſum.*

Vt Fontem iſtum ad regenerandam tibi nouam prolem benedicere ✠, & conſecrare ✠, digneris,

ris, Te rogamus audi nos.

Poteſt etiam dici Litania breuior, vt in Miſſali in Sabbato ſancto: & dicto vltimo Kyrie eleiſon *Sacerdos dicat:* Pater noſter, & Credo in Deum, &c. *omnia clara voce: quibus finitis dicat.* ℣. Apud te Domine eſt fons vitæ. ℟. Et in nomine tuo videbimus lumen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

O-

Oremus

OMnipotens Sempiterne Deus, adeſto magnæ pietatis tuæ myſterijs, adeſto Sacramentis, & ad recreandos nouos populos, quos tibi Fons Baptiſmatis parturit, ſpiritum adoptionis emitte: vt quod noſtræ humilitatis gerendum eſt miniſterio, virtutis tuæ impleatur effectu. Per Dominum noſtum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus: per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Exorciſmus aquæ.

EXorcizo te creatura aquæ, per Deum viuum ✠, per Deum verum ✠, per Deum ſanctum ✠, per Deum qui te in principio, verbo ſeparauit ab arida, cuius ſuper te ſpiritus ferebatur, qui te de paradiſo manare iuſsit.

Hic manu aquam diuidat, & deinde de ea effundat extra marginem Fontis verſus quatuor Orbis partes, proſequens.

Et in quatuor fluminibus totam terram rigare præcepit: qui te

in

in deſerto amaram per lignum dulcem fecit, atque potabilem; qui te de petra produxit, vt populum, quem ex Ægypto liberauerat, ſiti ſatigatum recrearet. Exorcizo te, & per Ieſum Chriſtum Filium eius vnicum, Dominum noſtrum, qui te in Cana Galilææ ſigno admirabili ſua potentia conuertit in vinum, qui ſuper te pedibus ambulauit, & á Ioanne in Iordane in te baptizatus eſt: qui te vná cum ſanguine de latere ſuo produxit, & diſcipulis ſuis iuſsit, vt credentes

baptizarent in te, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; vt efficiaris aqua ſancta, aqua benedicta, aqua, quæ lauat ſordes, & mundat peccata. Tibi igitur præcipio omnis ſpiritus immunde, omne phantaſma, omne mendacium, eradicare, & effugere ab hac creatura aquæ, vt qui in ipſa baptizandi erunt, fiat eis fons aquæ ſalientis in vitam æternam, regenerans eos Deo Patri, & Filio, & Spiritui ſancto in nomine

ne eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens æterne Deus, aquarum ſpiritualium ſanctificator, te ſuppliciter deprecamur, vt ad hoc miniſterium humilitatis noſtræ reſpicere digneris, & ſuper has aquas abluendis, & purificandis hominibus præparatas, Angelum ſanctitatis emittas, quò peccatis vitæ prioris ablutis, rea-

atuque deterſo, purum Sancto Spiritui habitaculum regenerati effici mereantur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus: per omnia ſæcula ſeculorum. ℟. Amen.

Tunc ſufflet ter in aquam verſus tres partes ſecundum hanc figuram ✠ deinde imponit incenſum in thuribulo, & Fontem incenſat, Poſteà infundens de Oleo Catechumenorum in aquam in modum Crucis, clara voce dicit:

San-

Sanctificetur, & fecundetur Fons iſte Oleo ſalutis renaſcentibus ex eo in vitam æternam, in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ ſancti. ℟. Amen.

Deinde infundit de Chriſmate, modo quo ſupra dicens: Infuſio Chriſmatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti paracliti, fiat in nomine ſanctæ Trinitatis. ℟. Amen.

Poſteà accipit ambas ampullas dicti Olei ſancti, & Chriſmatis, & de vtroque ſimul in modum Crucis infundendo dicit:

Com-

Commixtio Chriſmatis ſanctificationis, & Olei Vnctionis; & aquæ Baptiſmatis pariter fiat in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ ſancti. ℟. Amen.

Tum depoſita ampulla, dextera manu Oleum ſanctum, & Chriſma infuſum miſcet cum aqua, & ſpargit per totum Fontem. Deinde medulla panis manum tergit, & ſiquis baptizandus eſt, eum baptizat, ut ſuprà. Quòd ſi neminem baptizat ſtatim manus abluat, & ablutio eſſundatur in Sacrarium.

DE

DE VISITATIONE ET CVRA INFIRMORVM.

Parochus in primis meminiſſe debet, non poſtremas eſſe muneris ſui partes, ægrotantium curam habere, quare cùm primùm nouerit, quempiam ex fidelibus curæ ſuæ commiſſis ægrotare, non expectabit, ut ad eum vocetur, ſed ultrò ad illum accedat; idque non ſemel tantum, ſed ſæpius, quatenus opus fuerit:

Ægrotos viſitans, ea, qua ſacerdotes Domini decet, honeſtate, &

gra-

grauitate ſe habeat, omnemque diligentiam in eo ponat, ut in via ſalutis eum dirigat, atque à diabolicis inſidiis ſalutarium adiumentorum præſidio defendat, ac tueatur.

Accedat autem ad ægrotum ita paratus, ut in promptu habeat argumenta ad perſuadendum apta. Horteturque, ut omnem ſpem ſuam in Deo ponat, peccatorum ſuorum pæniteat, diuinam miſericordiam imploret, & infirmitatis pænas, tamquam paternam Dei viſitationem, patienter

ter ferat, & ad ſalutem ſuam prouoniſſe credat, ut vitam, moresque ſuos melius inſtituat.

Deinde qua par eſt prudentia, & charitate hominem ad ſacram confeſſionem inducat, & confitentem audiat, etiam ſi velit totius vitæ peccata conſiteri.

Sacerdos igitur infirmi cubiculum ingreſſus, primum dicat: Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. *Mox infirmum, & lectum eius, & cubiculum aſpergat Aqua benedicta, dicens Antiphonam:* Aſperges me

me Domine, &c. *Deinde ergo in firmum officium ſuum præſtet, ut ſuprà dictum eſt.*

His, vel ſimilibus verbis.

P. Ere yubè pãngâ cheraỹ?
R. Ayube.

P. Mbae pãngâ ereiporara?
R. Chepĩá racĩ. &c.

Tanderoçâ mirî ãnga cheraỹ, Chatepe: hacibae, tecoaçĩ gue. mimborará oguero hêçãngaturamo, oĩrũmo rũmo Tupâ gracia ace ânga mômõrãngatuha oyeupe, aipo Tupã gracia ya quie ỹbĩpe ymboeta eta hague reco
ru-

rupi, omanô rirè cù ÿba Tupã oretãme teco orĭ ápĭreỹ rehe oyecohupa. Emonaramo: Tupã ñande raĭhu catuha memê yepe tenaco eguĩbae tecoacĭ tetĩrõ co ÿbĭ poriahupe Tupã remimboutĭ ñandebe Cher. haèramõ aguĭyebete Tupã upe ndeè rire, Tiyaye ñote ânga nderemimbota marângatu TupãCheyara terẽangá chupe, nderemimbota hemimbota marãngatu rehe ymboyoyabo.

Nderacĭ catu ramo, ereñemombeùce nipo? R. Ta añemo

mombeùce catũ.

Aguĭyetei cheraȳ, eñeî eñemombeguabo ângá rô.

Ehecha cheraȳ meguaì camico ára ñote ndeñemombeù haguã omeẽ Tupâ ñandeyara ndebe, añebe ndeñemombeù catu pĭrĭ haguâmari, tamombeù ndebe Tupã ñeẽngue amo guitecobo rângè. Haè raco oquatia marângatu pĭpe na hey: ângaipabiya tetîrô oângaipa paguera rehe oyepĭá mboacĭ catu pĭpe, haè cheremimbota marângatu raçahabamo heco hapeè, yyabaetereco catu pĭpe

che

cherecobia upe ymboyequaaparamo, cheñĩrõ boi chupe guitecobone, yyeeccabĩ hague memẽngatu rehe ámõme yepe guiñemomaenduá beỹmõ, heỳ. Oñeẽ mbo po haretè nânga Tupã ñandeyara cheraỹ, haèramo ndeângaipa paguera ndemaẽnduá poramõngua opacatu, nde ymboacĩ catu pìpe chebe eremboyehu catu ramô, aipo che ñĩrõ raibi Tupâ yaguè, yyaye pórâ nde rehene.

P. Eremboacĩ catu panga ndeângaipa paguera? *R.* Amboacĩ catu.

Ere-

Enei ângá eñemombeù catu pĭri-
bo, ndipòri ângá niâ ângaipa aña
retâme poroitĭ uca habânguera-
gui ace ñepĩhĩrô haguã ambuáè
cheraÿ, eneî eyeobaçabo rãngè.

Poſt quam confeſſus fuerit, det ad oſculandam Chriſti Domini crucifixi imaginem, dicendo.

Cone Ieſu Chriſto nde ânga raĭ-
hupapeño tecoacĭ tetirô upe,
teô upe yepe oñemeébaecue
cheraÿ, eyeyurumboya ângá ypi-
marângatu rehe: Aguĭyebete ye-
bĩ

bĩyebi ãngá cheraỹhupape ño co Curuçu pĩpe ndemanõ acĩ catu haguera rehe, eyabo chupe. Ayete Cher. nderaĩhupape, nde ãngaipa cue añaretame nde heroá habangueragui nde pihĩrõmbota hapeño ete nãnga co Curuçu pi-pe omanõ acĩ catu aracaè, emonaramo guecobe açocebe yepe nderaĩhu amĩrĩndeteĩ hagueraríe, ndeabe mbaè pabẽ áçoce erchaĩhu catu ranone, haĩhupapeño hemimbota marãngatu nde yyabĩ teĩ hague mbeacĩ catubo, yyabaete reco catubo rano, na eyabo.

Ac-

Actus Contritionis.

Ah Tupâ cheyara! Chepĩá ñepũngatu ete pĩpe ãnga niche amboacĩ catu nde poroquaita marãngatu cheremimboaye ñote rãngue che haça teĩ haguera, hae nde rehe ñemboçaraitabamo heco rehe guimaẽmo, ayabaete reco miriẽýngatu guitupa ãnga, ayete nãnga ayabĩ ete chereco rangue Tupã cheyara, ndaei tamo guiyeecopiabo teĩ, áe aete aroỹrõngatu ete che ãngaipapaguera opacatu, nderaĩhupape, che ãnga pĩpe hereco yebĩ potareỹmo,

mo͂, co͂ndepĭ mara͂ngatu͂ cutu hague pĭpe aitĭ a͂ngá, nderuguĭ mara͂ngatu pĭpe nde ymocañi͂ ete haguã rehe. Eneî a͂ngá que Tupã cheyara cochereco poriahubî rehe emaẽ áquĭ catubo, che niã ayerobia catu etei nde poroporiahu bereco nungareỹha rehe, tandeñirõ ñote ânga chebe, che a͂nga, tecobai tetîrô agui yquĭáòca, ndegracia mara͂ngu pĭpe ymo͂mo͂ra͂ngatubo here cobo a͂ngá.

Aypo ndea͂ngaipacue repiramo ehaâ peteĭ, *vel* mbohapĭ O-

reruba haè mbohapĭ Tupã tanderaárô Maria, &c. nderacĭramoè cobae ñote yepe ndeãngaipa paguèrepĭramo erehaã eyupane, cheraÿ. Haè aète co nderemimborara abe eiquabeé Tupã upe Ieſu Chriſto remímborara cue rehebè ndeãngaipacue repĭramo, chatepiâ co nderemimborara Ieſu Chirſto remïmborara cuè rehe eremoñoîrûramo, haè Tupã upe ereiquabeé ramo, ndeangaipa repì ranguè erehobaiboña catube eyupane.

EVANGELIVM,

AC PRECES

quæ pro infirmis, præſertim infantibus dici poterunt.

ex Rit. Romano.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Sequentia ſancti Evangelij ſecundum Marcum.

℟. Gloria tibi Domine.

Dum Sacerdos dicit: ſequentia ſancti, &c. faciat ſignum Crucis de more ſuper ſe in fronte, ore, & in pectore, ſimiliter ſuper in- *ſir-*

ſirmum, ſi fuerit maſculus, & is ob infirmitatem non poteſt ſeſignare.

Si autem fuerit femina, dum ſacerdos ſe ſignat, illa per ſemetipſam in locis prædictis ſe ſignet, ſi poteſt, ſi vero non poteſt, alia mulier eam ſignet.

Marc. 16.

IN illo tempore: Recumbentibus undecim diſcipulis, apparuit illis Iesvs: & exprobauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis; quia iis, qui viderant eum reſurrexiſſe, non credi-

diderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & benè habebunt.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, infirmitatem famuli tui propitius reſpice, atque ad protegendum eum dexteram tuæ maieſtatis extende. Per Chriſtum. &c.

Vel.

COncede hunc famulum tuum, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ Mariæ ſemper virginis interceſſione, á præſenti liberári triſtitia, & æterna perfrui

frui lætitia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Completa oratione. Sacerdos imponat dexteram manum ſuper caput infirmi, & dicat: Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Ieſus Mariæ Filius, mundi ſalus, & Dominus meritis, & interceſſione Sanctorum Apoſtolorum ſuorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum, ſit tibi clemens, & propitius. Amen.

Poſteà benedicens infirmum ſubiungat, dicens: Benedictio Dei omnipotentis Patris ✠, & Filij,

&

& Spiritus ſancti, deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. ℟. Amen.

Deinde aſpergat eum Aqua benedicta.

Si fuerint plures infirmi in eodem cubiculo, vel loco, Preces, & Orationes prædictæ dicantur ſuper eos in numero plurali.

DE COMMVNIONE.

Infirmorum.

Si priuate hoc Sacramentum ab Eccleſia ad ægrotantium domos de-

defertur. (cum manifeſte, atque honorifice deferri debet, dicetur infra) Præcedat ſemper Acolythus, vel alius miniſter deferens laternam, ſequuntur duo Clerici, vel qui illorum vices ſupleant; quorum alter Aquam benedictam cum aſperſorio, & burſam cum corporali; quod ſupponēdum erit vaſculo Sanctiſsimi Sacramenti ſuper menſa in cubiculo infirmi, & cum linteolo purificatorio ad digitos Sacerdotis abſtergendos; alter hunc librum Ritualem deferat. Succedat poſtre-

ſtremo Sacerdos Sacramentum geſtans ante pectus dicens Pſalm. Miſerere, *& alios* Pſalmos, *& cantica, Vas in quo eſt Sacramentum burſa decenter ornata, & ad collum apenſa, ſuperpoſito mundo velamine deferatur.*

Ingrediens verò locum ubi iacet infirmus, dicat:

Pax huic domui. ℞. Et omnibus habitantibus in ea. *Tum depoſitum Sacramentum ſuper menſa, ſuppoſito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus, & mox accepta A-*

qua

qua benedicta, aſpergit infirmum, & cubiculum, dicens Antiphonam: Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor: *& primum verſum Pſalmi*, Miſerere mei Deus, *cum* Gloria Patri. Sicut erat, &c. *Deinde repetitur Antiphona.* Aſperges me, &c. *Poſtea.*

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

His dictis accedat ad infirmum, vt cognoſcat, num ſit bene diſpoſitus ad ſuſcipiendum ſacrum viati-

ticum, & vtrum velit aliqua peccata confiteri, & illum audiat, atque abſoluat: quamuis prius deberet eſſe ritè confeſſus, niſi neceſſitas aliter vrgeat.

QVÆ ADDI SOLENT
Ex manuali Toletano.

Infrà in modo iuuandi morientes admonet Rituale Parochum, vt hortetur infirmum, & excitet, vt dum mente viget eliciat actus Fidei, Spei, & Charitatis, aliarumque virtutum, quos ibidem exprimit, ſed in tota Hiſpania mos antiquus, & laudabilis eſt, vt ante-

tequam infirmus Viaticum reci-
piat, fidem expreſſe confiteatur,
modo ſequenti, Sacerdote inter-
rogante, & infirmo reſpondente.

Ñ Andeyara Ieſu Chriſto re-
tè marãngatu arù anga nde-
be Cheray̆ [*Vel* Cherayĭ] nde
ypĭcĭ catu pĭrì haguâ rehe, Tupã
ñeẽ marãngatu ndepíape nde-
rembirobia catu, àng teiîpe e-
mombeu: arobia catu, eyabo.

P. Ererobia pangá Tupa Tuba y-
poacaruçu apĭrey̆bae ẏbaga, hae
ỹbĭ moñangaramo heco rae?

R. Arobia.

P. Ererobia pãnga Ieſu Chriſto

ta

taўra meñepeteîbae ñandeyara?
R. Arobia.
P. Ererobia pângá EſpirituSan-
to? R. Arobia.
P. Ererobia pângaTuba, hae Taï-
ra, hae Eſpiritu Santo mbohapĭ
Perſonas, hae peteî Tupâ?
R. Arobia.
P. Ererobia pânga ñandeyara
Ieſu Chriſto ñanderaĭhupápe
ñanderamo yñemoñangaguera,
Señora Santa Maria maráneўbae
agui ià haguera, ñande pĭhŷrô
haguâ rehe ymanô haguera; an-
guera marângatu renohema ўbĭ
apĭ-

apĭtèpe ygueyĭpaguéra, ÿbape yyeupihaguera, hae aracañÿramo ñanderecocuerari oporandubo ñandebe tuhaguâma, ererobia panga? R. Arobia.

P. Ererobia panga teõnguera opacatu recobeyebĭ haguama? R. Arobia.

P. Ererobia pãnga tecobe ambuae apĭreÿma ÿbapeguara, aña retã mẽnguara abe? R. Arobia.

Offerat infirmo crucem, ut oſculetur eam, dicens.

Ang Cheraÿ [*vel* Cherayĭ] eyeyurumboya ãngá Curuzu marãnga-

gatu rehe, ymboyerobia hápe, naeyabo:

Ayeroyĭ ãngá ndebe Cheyara Ieſu Chriſto Curuzu marãngatu pĭpe, nde orepĭcĭrõ haguera rehe.

Poſteà facta de more Confeſſione generali, Sacerdos dicit: Miſereatur &c. Indulgentiam &c.

Deinde genuflectit, accipit Sacramentum de vaſculo atque illud eleuans oſtendit infirmo, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, *& rurſus interrogat infirmum dicens:*

P. Ererobia pãngá Santa Madre Igleſia Sacramentos reheñande ãngaipabacañỹ? R. Arobia.
P. Ererobia pângá Ieſu Chriſto ñeẽngue Pay Abare Miſſa mbĭtepe ohaâ ramo, Ieſu Chriſto ñandeyara retè marângatû hoſtia pĭpe ymoĩngo, mbuyape reco mocañỹmo? R. Arobia.
P. Hae co Hoſtia marângatu chepopeguárapĭpe ererobia pânga Ieſu Chriſto reconi ỹbape oỹñabêngatu? R. Arobia.
P. Hae co nderembirobia, Tupâ tecatuáy ñeẽngueramo hecoramoe

moè pãnga, ererobia rae? R. Ta yñeẽngueramo hecoramoè arobia.

P. Ndeñÿrô pãnga ndepÿaguibengatu, ndeamotareÿ̃mbara upe? R. Cheñĩrõ.

P. Hae nderemiãmotareÿ̃ngueraupe tiñĩrô ãngá chebe, erepãnga? R. Aipo hae.

Prædictæ interrogationes poſſunt redigi ad minorem numerum pro temporis neceſſitate.

QVÆ SEQVVNTVR
ex Rituali Romano.

More ſolito ter dicat: Domine

non ſum dignus, &c.

Et infirmus ſimul cum Sacerdote dicat eadem verba ſaltem ſemel ſub miſſa voce.

Cheyara Ieſu Chriſto na che marângatuy yepe chepĭa poriahubîme ndereique haguã rehe, ndeñeẽnga rupi ñote cheãnga ocuerane.

Tum Sacerdos dans infirmo Euchariſtiam dicat: Accipe Frater [*vel* Soror] viaticum Corporis Domini noſtri, Ieſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat in vitam æternam. Amen.

Exhortatio breuis juxta morem.

Aguĭyebete yebĭ yebĭ ere ãngá Ñandeyara Ieſu Chriſto upe nde ãnga pĭpe heique haçuerari Cheraÿ [*vel* Cherayì] Nde moñangare tecatuay nânga nde pĭapòramo erereco Cher. haeramo guaĭhuhaba pĭpè ño ndepĭa mboacu catu haguã rehe eyerure ánga chupe, mbae quie ÿbĭpeguara ãngau amo raĭhu habangue nde hegui ypea pucu haguâ rehe eyerurebo ranc. Hece yerobia catu pĭpe abe ndeânga, nderete abe recotebẽ u tetirõ emboyeqrai

quaa ãngá chupe, emboyoya abe nderemimbota hemimbota marãngatu rehe: Nde ãngániã ereiquaa haebebaerã chebe, haeramo nderemimbota ñote tiyaye ángá cherehe, Tupã cheyara, cobae cherecoaci pĭpe cheru hagua, coterã chemanó haguã yepe ereipotaramo, che abe aipota nderemimbota marãngatu cheriyyaye haguã rehe, eyabo. Oỹme bĭteri Sacramento ambuaé nderenbipĭcĭrama; conãnga: ñandi marangatu. ereiccteberamo, eyerure ángá hece.

Si

Si verò Comunio non datur per modum Viatici, dicat more ordinario: Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.

Quòd ſi mors immineat, & periculum ſit in mora, tunc dicto, Miſereatur, &c. *prædictis Precibus omnibus, vel ex parte omiſſis, ei ſtatim viaticum præbeatur. Poſteà Sacerdos abluat digitos, nihil dicens; & infirmo detur ablutio. Deinde dicat.*

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri noſtro [*vel* ſorori noſtræ] ſacro ſanctum Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti Filij tui, tam corpori, quàm animæ proſit ad remedium ſempiternum: Qui tecum vivit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

His ex pletis: ſi altera particula Sacramenti ſuperſuerit genu ſle-

cti

ctit, ſurgit, & accipiens vas CumSacramento, facit cum eo ſignum Crucis ſuper infirmum, nihil dicens, & reuerenter illud deferens, ordine quo venerat, reuertitur ad Eccleſiam dicendo Pſalmum: Laudate Dominum decælis. *& alios Pſalmos, & Hymnos, pro ut tempus feret.*

DE COMMVNIONE PASCHALI.

Ægrotis deferenda.

Deferri debet hoc Sanctum Sacramentum ab Eccleſia ad priuatas

tas ægrotantium domos decenti habitu ſuper poſito mundo velamine manifeſtè, atque honorificè ante pectus cum omni reuerentia, & timore, ſemper lumine præcedente.

Parochus igitur proceſſurus ad comunicandum infirmos, præmoneat, ut ægri cubiculum mundetur, & in eo paretur menſa linteo mundo cooperta, in qua Sanctiſſimum Sacramentum decenter deponatur.

Parentur luminaria, ac vaſculum cùm aqua, præterea linteum mun

mundum ante pectus comunicandi ponatur, atque alia ad ornatum loci pro cuiusque facultate. Vbi verò conuenerint, qui Eucharistiam comitaturi ſunt, Sacerdos indutus ſuperpelliceo, & ſtola, & ſi haberi poteſt pluviali albi coloris, Acolytis, aut etiam Presbiteris (ſi locus feret) ſuperpelliceo pariter indutis comitatus, impoſito ſibi priùs ab utroque humero oblongo velo decenti, utraque manu accipiat vas cum Sacramento, & deinde umbellam, ſeu balda chinum ſubeat nudo capite proceſſurus. Præ

Præcedat ſemper Acolytus, uel alius miniſter deferens laternam, ſequantur duo Clerici, uel qui eorum vices ſupleant, quorum alter aquam benedictam cum aſperſorio, & burſam cum Corporali, quod ſupponendum erit vaſculo Sanctiſsimi Sacramenti ſuper menſa in cubiculo infirmi, & cum linteolo purificatorio ad digitos Sacerdotis abſtergendos, alter hunc librum Ritualem deferat, & campanulam iugiter pulſet. Sucedant deinde ferentes intortitia (ac duo thuriferarij qui cum-

thu

thuribulis continuè Sacramentum incenſant) Poſtremo Sacerdos Sacramentum geſtans eleuatum ante pectus ſub umbella dicens Pſalmum: Miſerere, & alios Pſalmos, & cantica.

Ingrediens locum ubi iacet infirmus dicat: Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. *Tum depoſitum Sacramentum ſuper menſam ſuppoſito corporali, ponit incenſum in thuribulo, & ter incenſat more ſolito, mox accepta aqua benedicta, aſpergit infirmum, & cubiculum, dicens:* Aſperges

me

me Dòmine hyſſopo, &c. *Poſtea*: Adiutorium noſtrum, &c. ℟. Qui fecit, &c. Domine exaudi, &c. ℟. Et clamor meus, &c. *Dominus &c. Et cum &c.* Oremus.

EXaudi nos Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Poſtea facta de more Confeſſione

ne generali ab aliquo miniſtro dicit. Miſereatur, &c. Indulgentiam. &c.

Et facta genuflexione, accipit Sacramentum de vaſculo, atque illud eleuans oſtendit infirmo, dicens: Ecce Agnus Dei &c. *& more ſolito ter dicat:* Domine non ſum dignus. *Et dans infirmo Eucharistiam, dicat:* Corpus Domini noſtri &c.

Poſteà Sacerdos abluat digitos, nihil dicens, & infirmo detur ablutio, iterum incenſat, genuflectit ſurgit, & accipiens vas cum

Sa-

Sacramento, facit cum eo ſignum Crucis ſuper infirmum, nihil dicens: & reuerenter illud deferens, ordine quo venerat reuertitur ad Eccleſiam dicendo Pſalmum: Laudate Dominum de cælis, & *alios Pſalmos, & hymnos pro ut tempus feret. Cum per venerit ad Eccleſiam ponit Sacramentum ſuper Altare, genuflectit, ſurgit (ponit incenſum in thuribulo, & de more incenſat SS. Sacramentum) deinde dicit:* Panem de cælo præſtitiſti eis. ℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili, paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos corporis, & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari; vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus: Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c. Amen.

Deinde antequam populum benedicit, annunciet Indulgentias à ſummis Pontificibus conceſſas Sanctiſſimum Sacramentum comitantibus.

His

His, vel ſimilibus uerbis.

Opacatu mbĭa Ñandeyara Ieſu Chriſto retè marãngatu Pay heraharamo hacĭ bae upe, hupi ohobae cuera, ciento ara Purgatorio pĭpe gueco habanguera omorãngue Indulgencia ya rereco bo, tataendĭ opope herecoharera aete, oguereco yoapĭ.

Poſteà cum Sacramento in pixide velo co operta faciat ſignum Crucis ſuper populum, nihil dicens, interim ab aliquo miniſtro incenſatur, poſtremo illud in ſuo loco reponat.

ORDO MINISTRANDI SACRAMENTVM Extremæ Vnctionis.

Cùm peruentum fuerit ad locum ubi iacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum dicit : Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Deinde depoſito Oleo ſuper menſam, ſuperpelliceo, ſtolaque violacea indutus, ægroto Crucem pie deoſculandam porrigit: mox in modum crucis eum Aqua benedicta, & cubiculum, & circumſtantes aſpergit, dicens Antipho-

phonam, Aſperges &c. *Quòd ſi ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, & abſoluat. Deinde piis verbis illum conſoletur, & de hujus Sacramenti vi, atque efficacia, ſi tempus ferat, breuiter admoneat, & quantum opus ſit ejus animum confirmet, & in ſpem erigat vitæ æternæ.*

His, vel ſimilibus Verbis.

Sacramento marãngatu ñandi robaçapi rehegua aru ãnga ndebe nderembipicĭ rãma curi. Hae ramo:

P. Ereicotebẽ pãnga ndeñemombeu

beu miri rãnge haguâ rehe?. *Si dixerit ſe indigere:* Eneĩ tereñemombeu rãnge. *Si verò minime:* Eneî Cher. co Sacramento marãngatu nde ypici eỹmobe, tamombeu rãnge heco marãngatu ndebe.

Co Sacramento marãngatu nãnga ace ãngaipa miri tetĩrõ, ãngaipa tubicha yepe ace rembiguaa catu eỹngue, hae ãngaipa ace ñemombeu hague yepe porèra abe omocañỹ ete ace ãngagui, ypipe Tupã gracia marãngatu yrumõ rumõmo rano. Aña upe ace ñe-

mo

mombaraete haguâ abe omeẽ acebe. Hae amôme Tupâ, haeberamo acebe, co Sacramento marângatu pĭpe omboguerá yepe acerete ranõ. Hae ramo Cheraÿ [*vel* Cherayì] nde mbae andupaba memẽ rehe co ñandĭ marângatu mongĭ porombucu ramo, eyerure ânga Tupâ upe ndebe yñĩrõgatu haguã rehe: tandeñÿrõ änga chebe co chembaè andupaba pĭpe ndemoÿrõ hague rehe, Tupâ cheyara, eyabo.

Poſteà dicat verſiculum. Adiutorium noſtrum in nomine Domi-

Oleo

mini. ℟. Qui fecit cælum, & terram.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

INtroëat, Domine Ieſu Chriſte, domum hanc ſub noſtræ humilitatis ingreſſu, æterna felicitas, diuina proſperitas, ſerena lætitia, charitas fructuoſa, ſanitas ſempiterna: effugiat ex hoc loco acceſſus dæmonum; adſint Angeli pacis, domumque hanc deſerat omnis maligna diſcordia. Magnifica, Domi

mine, ſuper nos nomen ſanctum tuum, & benedic ✠ noſtræ conuerſationi, ſanctifica noſtræ humilitatis ingreſſum, qui ſanctus, & pius es, & permanes cum Patre, & ſpiritu ſancto, in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oremus, Et deprecemur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt benedicendo benedicat ✠ hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, & det eis Angelum bonum cuſtodem, & faciat eos ſibi ſeruire ad conſiderandum mirabilia de lege ſua: auertat

ab

ab eis omnes contrarias poteſta-
tes: eripiat eos ab omni formidi-
ne, & ab omni perturbatione, ac
ſanos in hoc tabernaculo cuſtodi-
re dignetur. Qui cum Patre, &
ſpiritu ſancto vivit & regnat De-
us in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

EXaudi nos, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per

Chri-

Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Quæ Orationes, ſi tempus non patiatur, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tum de more facta Confeſſione generali, Latino, vel vulgari ſermone, Sacerdos dicat: Miſereatur tui *&c.* Indulgentiam. *&c.*

Ante quam P*arochus incipiat ungere infirmum, moneat adſtantes, ut pro illo orent; & ubi commodum fuerit, pro loco, et tempore, & adſtantium numero, vel qualitate, recitent Septem* P*ſalmos*

Pænitentiales cum Litaniis, vel alias Preces, dum ipſe Vnctionis Sacramentum adminiſtrat. Mox dicat:

IN nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠, ſancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli per impoſitionem manuum noſtrarum, & per inuocationem omnium ſanctorum, Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, atque omnium ſimul Sanctorum. Amen.

Deinde intincto pollice in Oleo Sancto, in modum Crucis ungit infirmum in partibus hic ſubſcriptis, aptando proprio loco verbi formæ in hunc modum.

Ad oculos.

PEr iſtam Sanctam Vnctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quid-quid per viſum deliquiſti. Amen.

Miniſter, vero ſi eſt in Sacris, vel ipſemet Sacerdos poſt quamlibet Vnctionem tergat loca inuncta nouo globulo bombacij, vel rei

ſimilis, eaque in vaſe mundo reponat, & ad Eccleſiam poſteà deferat, comburat, cinereſque proiiciat in Sacrarium.

Ad aures.

Per iſtam Sanctam Vnctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quid quid per auditum deliquiſti. Amen.

Ad nares.

Per iſtam Sanctam Vnctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quid quid per odoratum deliquiſti. Amen.

Ad os, compreſſis labiis.

Per iſtam Sanctam Vnctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per guſtum, & locutionem deliquiſti. Amen.

Ad manus.

Per iſtam Sanctam Vnctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per tactum deliquiſti. Amen.

Et aduerte, quod Sacerdotibus, manus non inunguntur interiùs, ſed exteriùs.

Ad pedes.

Per iſtam Sanctam Vnctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per greſſum deliquiſti. Amen.

Ad lumbos, ſiue renes.

Per iſtam Sanctam Vnctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per lumborum delectationem deliquiſti. Amen.

Hæc autem vnctio ad lumbos, omittitur ſemper in feminis, & etiam in viris, qui ob infirmi-

tatem vix, aut ſine periculo mo-ueri non poſſunt.

Quibus omnibus peractis Sacerdos dicit:

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos á malo.

℣. Salvum fac ſervum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum

℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo.

℟

℟. Et filius iniquitatis non appo-
nat nocere ei.

℣. Domine exaudi orationem
meam. ℟. Et clamor meus ad te
veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum
ſpiritu tuo.

Oremus

DOmine Deus, qui per Apo-
ſtolum tuum Iacobum locu-
tus es: Infirmatur quis in vobis,
inducat presbyteros Eccleſiæ, &
orent ſuper eum, ungentes eum
Oleo in nomine Domini: & ora-
tio fidei ſalvabit infirmum, &
a-

alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei: cura, quæſumus, Redemptor noſter, gratia Sancti ſpiritus languores iſtius infirmi, ejuſque ſana vulnera, & dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis, & corporis ab eo expelle, plenamque ei interiùs & exteriùs ſanitatem miſericorditer redde, ut ope miſericordiæ tuæ reſtitutus, ad priſtina reparetur officia. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

REſpice, quæſumus Domine, ſamulum tuum N. in infirmitate ſui corporis ſatiſcentem, & animam reſove, quam creaſti: ut caſtigationibus emendatus, ſe tua ſentiat medicina ſalvatum Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris inſundendo corporibus facturam tuam multiplici pietate cuſtodis: ad

ad inuocationem tui nominis benignus aſſiſte, ut famulum tuum ab ægritudine liberatum, & ſanitate donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, atque Eccleſiæ tuæ ſanctæ, cum omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Ad extremum, pro perſonæ qualitate, ſalutaria monita breuiter præbere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur, & ad fugandas dæmonum tentationes roboretur.

His, vel ſimilibus verbis.

Aguiyebete yebi yebi ere ânga Tupâ ñandeyara upe co Sacramento marangatu nde ypici haguera rehe Ch. Emboaci ere angá nde manõ haguã, omanõbaerã memẽ niã ñande, quie ỹbĩpe raco teyupá poriahu pipe ñote yaico, ybape catu nãngá ñanderetãmbete.

Eneîque Tupâ rehe eyerobia catubo, ebapo nde hohaguâ rehe, aiporã rehe ñote ângá raco Ieſu Chriſto ñandeyara añangagui ñandepĭcĭrômo, omanõacĭ catu

aracae. Emonaramo Cher. terehaĭhu catu Tupã nde moñangarera, ndepĭhĭrõharè ranõ, ymoÿrô teîngatu hague ndepĭapò ramo herecobo yepi. Emboyoya abe ãnga Tupã remimbota rehe nderemimbotara, nde catu nânga ereiquaa chebe haebebaerã Tupâ cheyara, Haeramo: ndepòpe ñote amoî ãnga cheremimbota, ereipotaramo chemanõ haguâ, ambocatu ãnga co ÿbĭ poriahu cheheya haguã, nderechacabari ñote cheyecohu apíreÿ rechangaubo, eyabo. Ehechaque cher.

co

co Sacramento marãngatu rehe ndeyecohu rire yepe, ângaipa guaçu ndereçaraitague amo rehe ereñemomaẽndua ramo, ereñemombeuboi hecene, ndeñeẽ cañỹ rire ndemaẽnduaramo aete, eremboaci catu ñote eyupane, na añaretâ agui equĩhĩyebo ñote ruguãi, Tupãnderembiaĩhu catu remimbota marãngatu raçahabamo hecohapeè catu, ndebe yñỹrõ haguã rehe yerobia catu pĩpe chupe eyerurebo rano. Aña oporoaângai amo pĩpe ndembotabĩ potaramo, eyepĩaeroba boy na-

anga Tupãngotĩ, ndepĩtĩbõ haguã rehe chupe eyerurebo, Ieſus, hae Maria ndepĩaporamo, nde yuruporamo abe herupa rano.

Denique aquam benedictam, & crucem niſi aliam habeat, coram eo relinquet, ut illam frequenter aſpiciat, & pro ſua deuotione oſculetur, & amplectatur.

Admoneat etiam domeſticos, & miniſtros infirmi, ut ſi morbus ingraueſcat, vel infirmus incipiat agonizare, ſtatim ipſum Parochum accerſant, vt morientem

adiuuet, eius que animam Deo commendet: ſed ſi mors immineat, prius quam diſcedat, Sacerdos animam Deo ritè commendabit.

PRO COMMVNICANDA *Indulgentia in articulo mortis.*

Hacĭbae omanô potarî ramo Pay Abarepò rupi Indulgencia guaçu, angaipa opacatu Purgatoriope hepĭbeẽ habangue mocañy̆ ucahá oychu, Pay Papa remimeẽngue, mbohapi yebĭ Ieſus èramo, hae Ieſu Chriſto ñandeyara raãngá rehe oyeyurumboyaramo. Haeramo: Eneî mboha-

pi

pi yebi Ieſus erè ; hae co ñandeyara Ieſu Chriſto raãngá marãngatu rehe eyeyurumboya ângá, na eyabo: Ayeroyĭ ângá ndebe Cheyara Ieſu Chriſto Curuzu marãngatu pĭpe nde orepĭcy̆rô haguera rehe.

MODVS ADIVVANDI

morientes.

IN graueſcente morbo Parochus infirmum frequentiùs viſitabit, & ad ſalutem diligenter iuuare non deſinet: monebitque inſtante periculo ſe confeſtim vo-

vocari, ut in tempore præſtò ſit morienti, ſumptoque Sanctiſſimo viatico, & Sacra unctione adhibita, ſi periculum immineat, ſtatim commendationis animæ officium præſtabit, de quo infra. Sed ſi tempus ſuppetat, ſequentia pietatis officia præſtare poterit, ſi ita expedire iudicauerit, pro conditione perſonæ.

Ac primò, ſi ægrotus indulgentiam legitima auctoritate conceſſam conſequi poſſit, eam illi reducat ad mentem, proponatque quid ad eam conſequendam agi debeat;

pre-

præſertim, vt contrito corde San-ctiſſimum nomen Ieſu *ſemel, vel ſæpius inuocet.*

Deinde hortetur infirmum, & excitet, ut dum mente viget, eli-ciat actus fidei, ſpei, & chari-tatis, aliarumque virtutum, nempe:

Vt firmiter credat omnes articu-los Fidei*, & quidquid Sancta* Romana *Eccleſia Catholica, & Apoſtolica credit, & docet.*

Vt ſperet, Chriſtum Dominum noſtrum pro ſua immenſa clemen-tia ſibi fore propitium, & merito eius

eius Sanctiſſimæ Paſsionis, & per interceſſionem beatæ Mariæ, & omnium Sanctorum ſe vitam æternam conſecuturum.

Vt toto corde diligat, & maxime diligere cupiat Dominum Deum ea dilectione, qua illum diligunt Beati, Sanctique omnes.

Vt ab amorem Dei doleat ex corde de omni offenſa, qualiter cumque contra Dominum Deum, & proximum commiſſa.

Vt ex corde ob amorem Dei parcat omnibus, qui ſibi quo quo modo fuerint moleſti, aut inimici.

Vt ab ijs veniam poſtulet, quos aliquando dictis, aut factis offendit.

Vt quem patitur dolorem, & morbi moleſtiam propter Deum in pœnitentiam peccatorum ſuorum patienter toleret.

Vt ſi Dominus ſibi ſalutem corporis præſtare dignabitur, proponat de cæterò pro viribus ſuis à peccatis cauere, & ejus mandata ſeruare.

Hortetur præterea, ut eo modo quo poteſt, ſaltem ex corde ita per interualla precetur.

Miſerere mei Deus &c. In manus tuas Domine, &c.

Dulciſime Domine Ieſu Chriſte, per virtutem Sanctiſſimæ Paſsionis tuæ recipe me in numerum electorum tuorum.

Maria mater gratiæ, Mater miſericordiæ, Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuscipe.

Sancte Angele Dei, mihi cuſtos aſsiſte.

Omnes Sancti Angeli, & omnes Sancti intercedite pro me, & mihi ſucurrite.

Hæc & his ſimilia poterit prudens

dens Sarcerdos vulgari, vel Latino ſermone, pro perſonæ captu, morienti ſuggerere.
Cheraỹ, *vel.* Cherayĭ. Eyepĭa erobá ânga Tupângotĭ, terehendu ânga hemimbota marângatu ndebeguara.

Fides.

Ererobia catu tenânga Tupâ remimombeù Santa Madre Igleſia porombocha opacatune, na eyabo:
Arobia herâ herâ eỹngatu teniâ che Arobia niche pĭpe guara memẽ. Hae mbae herobia catu pirâ

rãma memẽ Santa Madre Igle-
ſia remimombeucuera, ndepo-
rombotabí hareỹ, hae oñembota-
bĭ eỹbae tecatuay ñeẽngue ramo
heco ramo ñote.

Spes.

Ereyerobia catuabe tenãnga, Ie-
ſu Chriſto remimboraracue rehe
ỹbape ndeho haguãmari eyupa
ne, na eyabo:
Ayerobia mirieỹngatu ãnga ni-
che nderi, cheangaipacue ndera-
ĭhupape cherembiabaeterecoca-
tu chehegui nde ymocañỹ haguã
rehe, ndegracia marãngatu nde-
re,

retâme poromondo ucaha, hae tecobe apĭreÿ ÿbapeguara chebe nde ymee haguã rehe rano, na chereco aguĭyei amo rehe guimaẽmo ruguaî yepe ângá, nderemiquabeêngue memẽngatu mbopò catu hareteramo ndereco rehe, nderaÿ Cheyara marângatu aipo nderemiquabeẽngue, che y yohu potabo ñote, guguĭ marângatu mombuca hague rehe, hae Tupâcĭ cheri ñeéngaramo heco poácacatu rehe abe guimaẽmo ñote catu.

Cha-

Charitas.

Hae n̈de pĭa guibe erehaĭhu c̃atu Tupã nde moñangarera mbae pabẽ açocene, Santos opacatu ÿbapeguara haĭhu ñabẽ nunga, haĭhu potabo catu, na eyabo: Ah Tupã Cheyara oroaĭhu mirîe ÿ̃ngatu chepĭaguibe ângámbae pabẽ açoce, nde marângatu eteramo, chemoñangaramo nderecoramo, hae ndemanõ acĩ catu pĭpe añapò agui chepĭhĭrõ hareteramo nderecoramo abe. Curi curi au tamo Santos opacatu ÿba peguara nderaĭhu ramingatu oro-

roaĭhu guitūpa ãnga Tupã che-
yara.
Emona abe acoi nderapichara e-
rehaĭhūne ndeyeaĭhu nunga, nde
yague mboaye potahape, chera-
pichara nderemimoñangue opa-
catu, che amotareỹmbara yepe
áhaĭhu catu, cheremiamotãreỹn-
gue upe tapeñỹrõ ãnga chebe,
cheè reromanoce catu rerupa
ãnga rano.

Contritio.

Emboacĭ catu abe ãnga ndeãngai-
pa paguera opacatu ndeñemo-
mbeu haguera yepe Tupã raĭhu-
pa-

pape ñote , na eyabo:
Ah Tupã Cheyara, ayataetere-
co mirîeỹngatu nico, cheangaipa
paguera opacatu, hae chepĭagui-
be abe amboacĭ nderemimbota
marãngatu che haçateî haguera ,
na añaretã aguiguiquĭhĭyebo ñote
ruguãî , nderaihu racĭ aguiñote
catu, marãngatubo ripĭramo nde-
reco hapeè , amboacĭ catu ãnga
guitecobo , hae cherecobe pucu
biteramo yepe amo , ndegracia
marãngatu chepĭtỹbòramo , nde-
porcqualta marãngatuñote ambo-
aye guitecobo , mbaeporcmo-
án-

ãngaipa hatĭagui guiñepĭhỹrõmo guitecobo rano, tandeñỹrò ñote anga chebe Tupã cheyara, nde ruguĭ marãngatu cheyerobiahabete Curuzu pĭpe cheraĭhupa pe nde remimombuca cuera rehe. Amen.

Reſignatio.

Ang tereñemeẽ ãngá ndepĭa guetebo Tupâ nde moñangare ra upe, na eyabo: nde pòpe ñote cheremimbota, cherecobe poriahubî abe amoĭ angá Tupa cheyara. Ereipotaramo chemanó haguã, che abe aipota, nderemimbo-

bo-

bota marângatu cheri y yaye haguâ rehe, nde ñote ânga niâ ereiquaacatu ara chebe aguiyeteibae chemanõ haguâma, nde pope abe ângá amoî che ânga nderuguĭ marângatu tecatuai pĭpe aña po agui nderemipĭhĭrõnguera, hae co cheremimborará memẽ abe acoi oreraĭhupape nderemimborara cue memẽngatu rehe amoñoirũ ângá, ndebe cheângaipa pague repĭramo, yquabeenga ranõ.

Oratio.

Eneîque acoî Curuçu pĭpe ndemanô mbotarîramo ndepĭa ângeco

acĭ-

aci yeyuca aybetei hague rehe, tereiporiahubereco ânga che ânga, cherete agui ycẽmbotarĩramo, nderechacaba rehe yyecohu apĩreỹ haguâmari ñote ângá niã eremoña poraĩhu catu aracae, aiporamo: aña cheamotareỹmbaragui henohẽ yepebo, tereipĩhiboi ãngá ndeyrûnamo tecobe apĩreỹme herahabo coỹte.

SS. Imploratio.

Eyerure abe ânga Tupãcĩ marãngatu upe, hae S. Miguel marãngatu upe, Angel nderaârõha marãngatu upe abe, hae Santos Tu-

Tupâ robaquegua opacatu nderecobe pĭpe nderemimboyerobia cue upe ndepĭtŷbô haguã rehe, na eyabo:

Ah Tupâcĭmarãngatu che yerobiahabete chemanõ potarîramo, chepĭtŷbõ ãngá epe, aña cheraã raã aù pĭpe Tupâ raĭhuagui chepeá potaramo, epuã ânga hece ymoñeguãhẽ mbucubo herecobo ângá, nde ângániâ ndeñemoña ĭpĭ haguerabe hobaichuaramo, ymongĭhĭye habamo abe ereico ângá. Eneî ãngá checí marãngatu, eupe nderecoporã Tupã

re-

remiporãngereco etè eraha ãngá hobaque henoîna, co chereco poriahu rehe ymomaẽ aqui catubo ñote herecobo, che ãnga recotebẽha tetirõ upe nde Tupã mongeta pipe chemobahẽ ucabo chererecobo ranõ: hae chemanõ rupibe cù ÿba nde membi marãngatu robaque nderîndape chereraha uca ãnga epé, ebapò Santos opacatu yrûnamo, hechacaba poromõmỹtũengatu rehe cheyecohu apireỹ haguâmari coỹte.

Nde abe S. Ioſeph Tupãci mara-

rãneỹ yrungue marãngatu Ieſus, hae Maria pòpe omanõ ãngapihĭ catubaecue, tachepĭtỹbõ ãnga epè, chemanó aguĭyei catu haguãma upe chemobahẽ ucabo coỹte.

Pèẽ abe S. Miguel marãngatu, Angel cheraãrõha marãngatu, S. Ioaquin, Santa Ana, hae Santa Vrſula marãngatu omanõ potaribae pĭtỹbõ hatĭ Santos chereriya, cheretã rerequa abe che pĭtỹbõ ãngá epe yepe, Tupã rechace catu año, ygracia marãngatu abe che heromanõ haguã rehe.

Nderemimborara ndemoângeco caturamo Chr. Eñemomaẽndua acoi Ieſu Chriſto nde ânga raĭhupapeè Curuzu pĭpe ypia ângeco acĭ catu rehe, eyupa ânga, hae nderemimborara, ndemanô haba abe tereiquabeẽ yebĭ yebĭ ângá Tupâ upe Ieſu Chriſto remimboraracue yrûnamo nde ângaĭpacue repĭramo, aiporami nderecoĭamo teniã, nde manŏ rire curiteĭbe ereho ÿbapene. Sacramentos opacatu nde ypĭcĭ rire e remanô Cher. Tupâ nderaĭhu

hu catu hague ñãnga ebocoibae, chátepe, heta etei ỳbĭ yacatu rupi yeçapĭahape omanõ, haeramo, Aguĭyebete yebĭ yebĭ tere ánga Tupã ńandeyara upe, &c.

In vltimo Mortis Articulo.

IESVS, IESVS, IESVS, nde pòpe ñote cheyara amoĩ ãnga che ãnga nderemimoñangueri, eneî ànga eipĭcĭ nde mbae ramo herecobo ãngá, MARIA marãneỹ cheri ñeẽngara etupãmongeta ãngá cheamotareỹmbara agui che pihĭromo ãngá. IESVS cherembirobia catu cheporiahu be-

bereco epè ângá: IESVS che yerobia habete cheporiahubereco epè ãnga: IESVS cherembia-ĭhubete cheporiahubereco epe ânga coy̆te &c.

Breuiùs per interrogationes.

Fides.

P. Ayete ãnga piã Cher. ererobia herã herâ eẏngatu opacatu mbae Santa Madre Igleſia rembirobia catu, Tupã tecatuai chupe ymboyequaa haguerariè?

R. Arobia catu, hae herobia catu aromanôce guitupa ãnga.

Spes.

P. Añeŷngatu abe pãnga ereyerobia catu Ieſu Chriſto ñande pĭhŷrõ hare ogracia marãngatu angaipa mocañŷ ucaha, tecobẽ aĭpĭreŷ ŷbapeguara abe, ndebe ymeẽ haguã rehe, ñandebe yquabeẽ poraĭhu catu haguepee rae?

R. Ayerobia catu, cù ŷbape hechace catu rerupa ãnga.

Charitas.

P. Erehaĭhu catu abe pãnga Tupã ndemoñangarera, nde pĭa guetebo, mbae pabẽ açoce, teco marãngatu pabẽ yarĭpĭ ramo heco

co rehe, hae ñanderaĭhu yeaho-
ceretei hague rehe emaẽmo rae?
R. Ahaĭhu catu chepĭaguibe,
Santos ÿbapegua haĭhu raminga-
tu haĭhu potabo rano.

Contritio.

P. Hae haĭhupape ereyabaetere-
co catu abe pânga nde ângaipa
cue tetîrôngatu, hemimbota ma-
rângatu nde yyabĭteỹ hague
mboacĭ catubo rae rano? R. Am-
boacĭ catu, hae ayabaete reco
catu abe hemimbota marângatu
raça habamo hecoramoe, che pĭa
ñepûngatu habamo Santos opa-

ca-

catu oyecoabĩ hague rehe yye-
pĩayuca acĩ catu hague ñabeĩ he-
recopotabo ranõ,

Propoſitum.

P. Hae nderecobe pucubĩterã-
mo yepe amo, hemimbota ma-
rãngatu rupi ñote ânga pãnga e-
reñemoîngo amo rae? R. Hemim-
bota marãngatu rupi ñote añe-
moîngo amo.

Conformitas, ac Reſignatio.

P. Ereмboyoya abe pãnga nde-
remimbota Tupã remimbota
marãngatu rehe, ypope ñote e-
tei nde ãnga, nderecobẽ, ndere-

mi

mimborara ; ara ndemanô haguã abe ynõnga , nderemimbota marângatu ñote tiyaye ãngá cheri Tupã cheyara, eyabo rae?
R. Amboyoya, aipo guiyabo.

Oratio.

Ang ehaâ ânga cherupibe: Ah Ieſus cheyara acoi angeco rebaci catù nde manõmbotarĩ ramo Curuzu pĭpe cheraĭhupape ño nderemimborara cue rehe, tacheporiahubereco epè curi,cheãnga cherete agui ycẽ potarĩramo ãnga.
Ah Maria Tupâcĭ marâneỹ che-

pitỹbô ânga epè, aña cheamotareỹmbaragui chepĩhĩròmo rano. Hae nde abe Santo Angel marângatu cheraãrõ hara eciri emẽ ânga chehegui, eñemboe catu cheri einânga, hae cheãnga cherete agui ycẽ ramobe, eraha ori catu angá Tupã retáme, Tupã rechacaba rehe cheyecohu apireỹ haguâmari coỹte.

ORDO
COMMENDATIONIS
animæ.

P*Arochus ad decedentis animæ commendationem accedens,* Clo-

Clericum ſaltem unum, ſi poteſt, ſecum habeat, qui deferat vaſculum Aquæ benedictæ, ſuper pelliceum, & ſtolam violaceam, quibus ipſe Sacerdos ante infirmi cubiculum indutus, locum ingrediens, dicat: Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

Deinde aſpergat ægrotum, lectum, & circumſtantes Aqua benedicta, dicens: Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, &c.

Poſteà Salvatoris noſtri Crucifixi imaginem ægroto oſculandam

pre

præbeat, verbis efficacibus eum ad ſpem æternæ ſalutis erigens, ipſamque imaginem coram eo ponat, vt illam aſpiciens ſalutis ſuæ ſpem ſumat.

His, uel ſimilibus verbis.

Eneŷ Cher. nderorĭ pape terebeya ângáco ỹbĭ poriahu, tecobe ambuae repeñanga coĭte, chatepànga Santos ỹbapegua reta nde raâro ỹmanì oquapa, na nde ñote ruguaŷ nânga ereho ỹbapene, Señora Santa Maria ñandecĭ marângatu, Angel nderaârô hara, Santo ndereriya, hae Santos am-

ambuae co ÿbïpe nderemimbo-
yerobiacuera abe oyogueru nãn-
ga nderapė penduabone, hae nde-
mamâ mamã oricatu oapïtepe
ebapó Tupã retãme nderereha
bone. *Hic det ei Christi Domini
Crucifixi imaginem, dicendo:*
Co ñandeyara marãngatu raân-
gába, eroya ãnga ndeyehe, ei-
quabã quabã poraïhu catu herupa
ãnga, eñemomaêndua abe ymanõ
acï catu hagueri rehe. Hae raco
acoi ÿbïra yoaça yïbapę omanõ
acïcatu etė oina aracae, nde aete
nde yara marãngatu yïba paûme-

nga.

ngatu eremanô ânga eyupa curi.
Emonaramo yñeẽngue ymanô
mbotarî ramonguarè eiporù ânga
[nde piape ñote yepe] na eyabo:
Ah! Cheruba marângatu nde po-
pe ño amoì ângá che ânga, ndepo
marângatu año raco cherete re-
cobe habamo omoña carambohè,
aipo ramo: cocherete agui ycẽ
ĭmaniramo, ndepò marangatu a-
ño toipĭhĭ ânga herecobo, ndebe
oapoharerupe toyebĭ ângá, nde-
rechacaba rehe yyecohu pabeÿ
haguâ mari coĭte, aiporã rehe
ño ângániã eremoña, hae ângai-
pa

pa aguinderuguĭ tecâtuay pĭpe ereipĭhĭrõ aracae, emonaramo nde ruguĭ marãngatu poaca ruçu reco rupi nde retâme guarãma nderembiporabocue papaha rehe chemboyecea epe ãngá chere recobo. Ah IESVS cheyara marãngatu eipotareme ãngá que co nde remimo ñãngue, nde remipĭhĭrongueri abe cañỹtei, Ayete yepe raco tubicha ete chetecoabicue, aeaete nde poroporiahuberecoha nungareỹ oyahoceetei catu, gubichabe ramo. Heta catu abe yepe raco che angaipa cue te-

tetîrôngatu, ae aete chepĭa ñe-
púngatu pĭpe amboacĩ,hae peñe-
mombeune, ndeyagué mboaye-
pota hape, amboyequaa ima
nderecobia upe, âng hepìbeẽ
mbota hape co cheremimborara,
chemanõhaba àbe, acoi cheraĭ-
hupape nderemimborara tetîrô-
ngatu cue yrũnamo,aiquabeẽ ân-
gandebe che ângaipacue repĭra-
mo, embogue ete ângá che ânga
poriahubî agui, yquìaccatupĭrĭ-
bo,tomorângue eme ângandepĭ-
ri chehoboi habangue, teremeẽ
ânga nde gracia marângatu ângai-

pa

pa mocañỹ ucahá, nde ãngá niâ ore ndereheguaramo oicobae u-pe ereiquabeẽ poraĭhu catu co ỹbĭpe ereicoramo carambohe, nderehegua ymongaraipĭrè ânga niche, hae angaipabiya poriahu ramo guitecobo yepe, Santa Madre Igleſia membĭramo aico, aiporamo; nde rehe guiyerobia-bo cherorĭpape aheya co ỹbĭ-poriahu, cù ỹba nde rĩndape nderechace catu rerupa ãngá. Ah! Tupâcĭ marângatu cheye-robiahabete nde abe oroenoî, tererobá ãngá eguî nderecambo-

ro-

roporiahubereco rerequa che rehe, chepitỹbõmo ângá, nde ângá niã ore ângáipabiya poriahu rehe ñeẽngaramo ereico, hae ramo eñeẽ ângá ndemembi marãngatu upe, che rehe nde ñangarecohabamo chererecobo ânga.
Nde abe S. Migel marângatu cheri yñeẽngaramo tereico ânga Tupã robaque, aña cheamotareỹ mbaragui chepihỹrômo rano, Santo Angel cheraãrô hara marângatu tereico ânga chepiri, cherehe Tupâ mongeta renoina ãngá.
San Ioſeph Tupacĭ yrũngue ma-

rãngatũ, Santo chereriya abe ; hae S. N. cocheretã rerequa S. Ioaquin, Santa Ana, S. Ignacio, S. Franciſco Xavier pemaẽndua ãngá cherehe, chepĩtỹbõmo ranõ, &c.

Breuius.

Cheraỹ, eypĩhĩ ãngá ndepope co Ieſu Chriſto Curuçu pĩpe oĩbae rããngá marãngatu *l.* co Curuçu marãngatu] eyeyurumboya ãngá hece, na eyabo: Aguĩyebete yebĩ yebĩ ãngá co Curuçu pĩpe cheraĩhupape ñete eremanõ acĩcatu aracae. Eneỹ ãnga Cher. hece eyerobiacatubo, hae

niã

niã tecobe apĭreỹ ўbapegua nde
be ymeẽ potahape ñote, ohepi-
beẽ nde ãngaipapaguera, tecoacĭ
tetirô upe, teò upe yepe ore-
meẽbo aracae. Haeramo yerobia
catu pĭpe teremongeta ãngá [nde-
pĭape ñote yepe] na eyabo: Ah
Ieſus cheyara marãngatu, che-
changuitei eme ãngaque co nde-
remimoñangueri, nderuguiteca-
tuay pĭpe aña pò agui nderemi-
pĭhĭrõngueri abe cañytei, Aye-
te yepe raco ayeecoabĭguaçu
ndeporoquaita marãngatu raça-
bo teỳ, aeaete peñemombeune,
ndeyague amboaye ĭma cheangai-

pacue pabẽngatu reroỹrômo, nderaĭhu racĭ agui hece guiyepĭa mboacĭ catu eteybo ranô. Ang hepibeẽ habarro aiquabeẽ ânga ndebe, acoi cheraĭhu pape nderemimborara yrûnamo, co cheremimborará, chemanõ haba abe, teremeẽ ângá chebe nde gracia marângatu, hae tecobe apĭreỹ nderetàmengua, nderehegua ymongaraypĭre upe, nderemiquabeẽngue, ebapò nderechacaba poromoângapĭhĭ catu rehe cheyecohu apĭreỹ haguâ mari coỹté. Ah Tupacĭ marângatu cheyerobia habere, nde

a

abe oroenoi, cheniâ ndemembi-ramo aico ; haeramo nderi abe ayerobiacatu, tereheyatei eme angaque cheãnga cheamotareỹ-mbapope, tereipĭhi catu, ucù ndemembĭ marângatu rîndape herahabo ãngá.

Ang añemboepora nderehe Cher. ñemboeha omanõ mbo-taribae upe guarâ Santa Igleſia tecatuay rembiapocue tenanga haebae, emonaramoraco ypoaca catu Tupã robaque yporopirỹ-bõha nderecotebẽhabete meẽ-ucabo ndebe. Aiporami cheñe-mboe porombucu ramo, nde abe

nde

ndepĭape ñote yepe eñemboe ânga Tupângotĭ eyepia mondo mondoibo, Curuçupĭpe tecoacĭ yeahoceretei nderaĭhupape ño hemimboraracue nde ânga reça. poramo herupa ânga. Ah Ieſus cheyara cherembirobia catu, cheyerobiahabete, hae chere mbiaĭhubete rano tacheporia-hubereco epe ânga, eyabo. Hae tandereçaraiemẽ ângaque ñande-cĭ marângatu rehe, Ah Tupâcĭ marâneỹ eñemomaẽndua ânga cherehe, eyabo rano.

Deinde accenſa candela, genibus flexis cum omnibus circumſtan-

ti

tibus breues Litanias deuotè recitet, in hunc modum.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Sancta Maria, Ora pro eo.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, Orate pro eo.
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus iuſtorum, orate.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Ioannes Baptiſta, ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.

Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, orate.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Silueſter, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores, orate.

Sancte Benedicte, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Lucia, ora.
Omnes ſanctæ Virgines, & Viduæ, orate.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro eo.
Propitius eſto, Parce ei Domine.
Propitius eſto, Libera eum Domine.
Propitius eſto, libera.
Ab ira tua, libera.

A periculo mortis, libera.
A mala morte, libera.
A pœnis inferni, libera.
Ab omni malo, libera.
A poteſtate diaboli, libera.
Per natiuitatem tuam, libera.
Per crucem & paſsionem tuam, libera.
Per mortem & ſepulturam tuam, libera.
Per glorioſam reſurrectionem tuam, libera.
Per admirabilem aſcenſionem tuam, libera.
Per gratiam Spiritus ſancti paracliti, libera.

In die iudicij, libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt ei parcas, te rogamus.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſo:

Deinde cum in agone ſui exitus anima anxiatur, dicantur ſequentes Orationes

Oratio.

PRoficiſcere anima Chriſtiana de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creauit: in nomine Ieſu Chriſti filij Dei viui, qui pro te paſſus eſt: in nomine Spiritus ſancti, qui in te

te effuſus eſt: in nomine Angelorum, & Archangelorum: in nomine Thronorum, & Dominationum: in nomine Principatuum, & Poteſtatum: in nomine Cherubim, & Seraphim: in nomine Patriarcharum, & Prophetarum: in nomine ſanctorum Apoſtolorum, & Euangeliſtarum: in nomine ſanctorum Martyrum, & Confeſſorum: in nomine ſanctorum Monachorum, & Eremitarum: in nomine Sanctarum Virginum, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei: hodie ſit in pace locus tuus, & habitatio tua in ſancta Sion.

per

Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oratio.

DEus miſericors, Deus clemens, Deus qui ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remiſsionis euacuas: reſpice propitius ſuper hunc famulum tuum N. & remiſsionem omnium peccatorum ſuorum tota cordis confeſſione poſcentem deprecatus exaudi. Renoua in eo pijſsime pater, quidquid terrena fragilitate corrup-

tum, vel quid quid diabolica fraude violatum eſt: & vnitati corporis Eccleſiæ membrum redemptionis annecte. Miſerere Domine gemituum, miſerere lacrymarum eius: & non habentem fiduciam, niſi in tua miſericordia, ad tuæ Sacramentum reconciliationis admitte. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

COmmendo te omnipotenti Deo, Chariſsime frater, & ei, cuius es creatura, committo: vt cùm humanitatis debitum morte interueniente perſolueris, ad auctorem tuum, qui te de

limo

limo terræ formauerat, reuertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore ſplendidus Angeloru cœtus occurrat, iudex Apoſtolorum tibi ſenatus adueniat: candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obuiet: liliata rutilantium te Confeſſorum turma circundet: iubilantium te Virginum chorus excipiat: & beatæ quietis in ſinu Patriarcharum te complexus aſtringat: mitis atque feſtiuus Chriſti Ieſu tibi aſpectus appareat, qui te inter aſſiſtentes ſibi iugiter intereſſe

ſſe decernat: Ignores omne quod horret in tenebris, quod ſtridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus ſatanas cum ſatellitibus ſuis: in aduentu tuo te comitantibus Angelis contremiſcat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, & diſsipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum á facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera á facie ignis, ſic pereant peccatores á facie Dei: & iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei.

Con

Confundantur igitur, & erubeſcant omnes tartareæ legiònes, & miniſtri ſatanæ iter tuum impedire non áudeant. Liberet te à cruciatu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Liberet te ab æterna morte Chriſtus, qui pro te mori dignatus eſt. Conſtituat te Chriſtus Filius Dei vivi intra paradiſi ſui ſemper amœna virentia, & inter oves ſuas te verus ille Paſtor agnoſcat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat, atque ad dexteram ſuam in electórum ſuòrum te ſorte conſtituat. Redem

demtorem tuum facie ad faciem videas, & præſens ſemper aſſiſtens, manifeſtiſſimam beatis oculis aſpicias veritatem. Conſtitutus igitur inter agmina beatorum, contemplationis divinæ dulcèdine potiaris in ſæcula ſæculòrum. ℟. Amen.

Oratio.

SVſcipe Domine ſervum tuum in locum ſperandæ ſibi ſalvationis á miſericordia tua. ℟. Amen.

Libera Domine animam ſervi tui ex omnibus periculis inferni, &

de laqueis pœnarum, & ex omni-
bus tribulatiónibus. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſervi
tui, ſicut liberaſti Henoch, & E-
liam de communi morte mundi.
℟. Amen.
Libera Domine animam ſervi
tui, ſicut liberaſti Noe de dilú-
vio. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſervi
tui, ſicut liberaſti Abraham de
vr Chaldæorum. ℟. Amen.
Líbera Domine animam ſervi
tui, ſicut liberaſti Iob de paſſio-
nibus ſuis. ℟. Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia, de & manu patris ſui Abrahæ. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Lot de Sodomis, & de flamma ignis. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis regis Ægyptiorum. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Danielem de lacu leonum. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſervi

tui ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis, & de manu regis iniqui. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Susannam de falſo crimine. ℟. Amen.
Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti David de manu regis Saul, & de manu Goliæ. ℟. Amen
Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Petrum, & Paulum de carceribus. ℟. Amen.
Et ſicut beatiſſimam Theclam virginem, & martyrem tuam de

tribus atrociſſimis tormentis liberaſti, ſic liberare digneris animam hujus ſervi tui, & tecum facias in bonis congaudere cæleſtibus. ℟. Amen.

Oratio.

COmmendamus tibi Domine animam famuli tui N. precamurque te Domine Ieſu Chriſte Salvator mundi, ut propter quam ad terram miſericorditer deſcendiſti, Patriarcharum tuorum ſinibus inſinuare non renuas. Agnoſce Domine creaturam tuam, non à dijs alie-

nis

nis creatam, ſed à te ſolo Deo vivo, & vero: quia non eſt alius Deus præter te, & non eſt ſecundum opera tua. Lætifica Domine animam ejus in conſpectu tuo, & ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, & ebrietatum, quas ſuſcitavit furor, ſive fervor mali deſiderij. Licet enim peccaverit; tamen Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum non negavit, ſed credidit; & zelum Dei in ſe habuit, & Deum, qui fecit omnia, fideliter adoravit.

Oratio.

DElicta juventutis, & ignorantias eius, quæſumus, ne memineris Domine: ſed ſecunudm magnam miſericordiam tuam memor eſto illíus in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei cæli, collætentur illi Angeli. In regnum tuum Domine ſervum tuum suſcipe. Suſcipiat eum ſanctus Michael Archangelus Dei, qui milítiæ cæleſtis meruit principatum. Veniant illi obviam ſancti Angeli Dei, & perducant eum in civitatem cæleſtem Ie-

ruſalem. Suſcipiat eum beatus Petrus Apoſtolus, cui á Deo claves regni cæleſtis traditæ ſunt. Adjuvet eum ſanctus Paulus Apoſtolus, qui dignus fuit eſſe vas electionis. Intercedat pro eo ſanctus Ioannes electus Dei Apoſtolus, cui revelata ſunt ſecreta cæleſtia. Orent pro eo omnes ſancti Apoſtoli, quibus â Domino data eſt poteſtas ligandi, atque ſolvendi. Intercedant pro eo omnes Sancti, & electi Dei, qui pro Chriſti nomine tormenta in hoc ſæculo ſuſtinuerunt: ut

ut vinculis carnis exutus, pervenire mereatur ad gloriam regni cœleſtis, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum.
℟. Amen.

Oratio ad Dominum Ieſum Chriſtum de ſingulis articulis paſſionis ejus, dicenda à moriente, vel ab alio pro eo.

℣. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi.
℟. Quia per ſanctam Crucem tuam redemiſti mundum.

De-

DEus, qui pro redemptione mundi voluiſti naſci, circuncidi, á Iudæis reprobari, á Iuda traditore oſculo tradi, vinculis alligari, ſicut agnus innocens ad victimam duci, atque conſpectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, á falſis teſtibus accuſari, flagellis, & opprobriis vexari, ſputis conſpui, ſpinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, veſtibus exui, cruci clavis affigi, in cruce levari, inter latrones deputari, felle, & aceto po-

tari, & lancea vulnerari. Tu Domine, per has ſanctiſſimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per ſanctam crucem, & mortem tuam, libera me, (*vel, ſi alius dicit pro eo*) libera famulum tuum N. à pænis inferni, & perducere digneris, quo perduxiſti latronem tecum crucifixum. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum.

Tres piæ, & utiles morientibus orationes, cum tribus Pater noſter, *& tribus* Ave Maria.

in agone mortis recitandæ.

Primò dicitur Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, Ave Maria.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, per tuam ſanctiſſimam agoniam, & orationem, qua oraſti pro nobis in monte Oliveti, quando factus eſt ſudor tuus, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram, obſecro te: ut multitudinem ſudoris tui ſanguinei, quem præ timoris anguſtia copioſiſſimè pro nobis effudiſti, offerre, & oſten-

dere digneris Deo Patri omnipotenti, contra multitudinem omnium peccatorum hujus famuli tui N. & libera eum in hac hora mortis ſuæ, ab omnibus pœnis, & anguſtiis, quas pro peccatis ſuis ſe timet meruiſſe. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivis, & regnas Deus, in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Secundò dicitur Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, Ave Maria.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui pro nobis mori dignatus es in

in cruce, obſecro te, ut omnes amaritudines paſſionum, & pœnarum tuarum, quas pro nobis miſeris peccatoribus ſuſtinuiſti in cruce, maximè in illa hora, quando ſanctiſſima anima tua egreſſa eſt de ſanctiſſimo corpore tuo, offerre, & oſtendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima hujus famuli tui N. & libera eum in hac hora mortis, ab omnibus pœnis, & paſſionibus, quas pro peccatis ſuis ſe timet meruiſſe. Qui cum patre, & Spiritu ſancto vivis, & regnas Deus, in ſæcu-

la

la ſæculorum. ℟. Amen.

Tertió dicitur Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, Ave Maria.

Oratio

DOmine Ieſu Chriſte, qui per os prophetæ dixiſti: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans; obſecro te: ut eandem charitatem tuam, quæ te de cælis in terram ad tolerandas omnium paſſionum tuarum amaritudines attraxit, offerre, & oſtendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima

hu

huius ſamuli tui N. & libera eum ab omnibus paſſionibus, & pœnis, quas pro peccatis ſuis timet ſe meruiſſe. Et ſalua animam eius in hac hora exitus ſui. Aperi ei ianuam vitæ, & fac eum gaudere cum ſanctis tuis in gloria æterna. Et tu piiſſime Domine Ieſu Chriſte, qui redemiſti nos pretioſiſſimo Sanguine tuo, miſerere animæ huius famuli tui, & eam introducere digneris ad ſemper virentia, & amœna loca Paradiſi, vt vivat tibi amore indiuiſibili, qui à te, & ab electis tuis

tuis numquam ſeparari poteſt. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

IN EXPIRATIONE.

CVm verò tempus expirandi inſtiterit, tunc maximè ab omnibus circumſtantibus flexis genibus vehementer orationi inſtandum eſt. Ipse vero moriens, ſi poteſt, dicat, vel ſi non poteſt, aſſiſtens, ſiue Sacerdos pro eo clara voce pronuntiet: Ieſu, Ieſu, Ieſu. Quod, & ea quæ ſequuntur, ad

illius aures, ſi videbitur, etiam ſæpius repetat. In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. Domine Ieſu Chriſte ſuſcipe ſpiritum meum. Sancta Maria ora pro me. Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu me ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

IESVS, IESVS, IESVS, ndepope ñote amoĩ ângá che ânga, eneĩ eipĭci ndembaeramo herecobo ângá. MARIA mârâneỹ mboriahubereco yaretè chepihĩrô epe ângá aña cheamotareỹmbaragui, cheânga ndepopeño ypĭhi-

hĭbo herecobo ângá.

Tunc ubi viget pia conſuetudo, pulsetur campana parochialis Eccleſiæ aliquibus ictibus, ad ſignificandum fidelibus in urbe, vel loco, aut extra in ſuburbanis exiſtentibus inſtantem mortem expirantis ægroti, ut pro eo Deum rogare poſſint. Egreſſa anima de corpore, ſtatim dicatur hoc.

℟. Subuenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini, Suſcipientes animam ejus, Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.

℣. Suſcipiat te Chriſtus qui vocauit

uit te, & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te. ℟. Suſcipientes animam ejus; Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.

℣. Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Requiem æternam dona ei Domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

TIbi Domine commendamus animam famuli tui N. ut defunctus ſæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem humanæ conuerſationis peccata commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Interim detur campanæ ſignum

tran

tranſitus defuncti pro loci conſuetudine, ut audientes pro eius anima Deum precentur. Deinde corpus de more honeſtè compoſitum loco decenti cum lumine collocetur; ac parua Crux ſuper pectus inter manus defuncti ponatur: aut ubi Crux deſit, manus in modum Crucis componantur: interdumque aſpergatur Aqua benedicta: & interim donec efferatur, qui adſunt, ſiue Sacerdotes, ſiue alij, orabunt pro defuncto.

EXEQVIARVM ORDO.

Conſtituto tempore, quo corpus ad Eccleſiam deferendum eſt, conuocetur Clerus, & alij, qui funeri intereſſe debent, & in Parochialem, vel in aliam Eccleſiam, iuxta loci conſuetudinem, ordine conueniant; ac datis certis campanæ ſignis, eo modo & ritu quo in eo loco fieri ſolet, Parochus indutus ſuperpelliceo & ſtola nigra, vel etiam pluuiali eiuſdem coloris, Clerico præferente Crucem, & alio Aquam be-

benedictam, ad domum defuncti vnà cum alijs procedit; antequam cadauer efferatur, illud aſpergit Aqua benedicta: mox dicit Antiphonam, Si iniquitates obſeruaueris, *&* *Pſalmum*, De profundis clamaui ad te Domine, *&c.* *in fine*, Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. *repetit Antiphonam totam*, Si iniquitates, *&c. Deinde cadauer effertur, Parochuſque de domo procedens ſtatim graui voce intonat Antiphonam*, Exultabunt Domino; *&* *Cantores incho*

choant Pſalmum : Miſerere mei Deus, ſecundum magnam, *&c.* *Clero alternatim proſequente.* *Ad ingreſſum Eccleſiæ repetitur Antiphona*, Exultabunt Domino oſſa humiliata. *Deinde Eccleſiam ingreſsi, cantant Reſp. Cantore incipiente, & Clero alternatim reſpondente, videlicet:*

SVbuenite ſancti Dei, occurrite Angeli Domini, Suſcipientes animam eius. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.

v. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocauit te : & in ſinum Abrahæ

Angeli deducant te. * Suſcipientes animam eius, Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi. ℣. Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. * Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.

Depoſito feretro in medio Eccleſiæ, ita vt defuncti pedes, ſi fuerit laicus, ſint verſus altare maius, ſi verò fuerit Sacerdos, vt dictum eſt, caput ſit verſus ipſum altare, & cereis accenſis circa corpus, ſtatim, niſi quid impèdiat, vt infra monebitur, dicatur Offi-

cium mortuorum cum tribus No-ſturnis, & Laudibus, vt infra ponitur: & duo ex Clero incipiant abſolutè Inuitatorium, Regem, cui omnia viuunt, Venite adoremus: *& repetitur à Clero*, Regem, cui omnia viuunt, *&c. Pſalm.* Venite, exultemus, *&c. & duplicantur Antiphonæ.*

Ad finem Officij poſt Antiph. Cantici Benedictus, &c. Ego ſum reſurrectio, *dicitur* Paternoſter. *ſecretò.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos á malo. ℣. Aporta imferi. ℟. Erue

Do-

Domine animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

ABſolue, quæſumus Domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum, vt in reſurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitatus reſpiret. Per Christum Dominum noſtrum. ℟. Amen

Dum in officio dicuntur Laudes,

Sacerdos cum miniſtris paratur ad celebrandam Miſſam ſolemnem pro defuncto, ſi tempus congruens fuerit, vt in die depoſitionis in Miſſali Romano.

Finita Miſſa, Sacerdos, depoſita caſula, ſeu planeta, & manipulo, accipit pluuiale nigri coloris, & Subdiaconus accipit crucem, & accedit ad feretrum, & ſe ſiſtit ad caput defuncti cum cruce medius inter duos Acolythos, ſeu ceroferarios, cum candelabris, & candelis accenſis, & omnes alij de Clero veniunt ordinatim in gra-

du

du ſuo cum candelis accenſis, & ſtant in circuitu feretri: tum ſequitur Sacerdos cum Diacono, & aſſiſtente, alijſque miniſtris, & facta reuerentia altari, ſiſtit ſe contra crucem ad pedes defuncti, retro adſtantibus ei à ſiniſtris duobus Acolythis, uno cum thuribulo, & nauicula incenſi, altero cum vaſe aquæ benedictæ, & aſperſorio, & Acolytho, ſeu Clerico tenente librum, abſolutè dicit ſequentem Orationem.

NOn intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia nullus

lus apud te iuſtificabitur homo, niſi per te omnium peccatorum ei tribuatur remiſſio. Non ergo eum, quæſumus, tua iudicialis ſententia premat, quem tibi vera ſupplicatio fidei Chriſtianæ commendat: ſed gratia tua illi ſuccurrente, mereatur euadere iudicium vltionis, qui dum viueret, inſignitus eſt ſignaculo ſanctæ Trinitatis. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde Cantore incipiente, Clerus circumſtans Cantat ſequens Reſponſorium.

Li-

LIberame Domine de morte æterna, in die illa tremenda. Quando cæli movendi ſunt, & terra. Dum veneris iudicare ſæculum per ignem. ℣. Tremens factus ſum ego, & timeo dum diſcuſſio venerit, atque ventura ira. Quando cæli movendi ſunt, & terra. ℣. Dies illa, dies iræ, Calamitatis, & miſeriæ, dies magna, & amara valdè. Dum veneris. ℣. Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. ℟. Liberame Domine.

Dum cantatur prædictum Reſpon

ponſorium, Sacerdos, Acolytho, ſeu Diacono miniſtrante, accipit incenſum de nauicula, & ponit in thuribulum, & finito Reſponſorio, Cantor cum primo Choro dicit. Kyrie eleiſon. *& ſecundus Chorus reſpondet:* Chriſte eleiſon. *Deinde omnes ſimul dicunt:* Kyrie eleiſon.

Mox Sacerdos dicit alta voce, Pater noſter, &c *ſecretò dicitur ab omnibus: & ipſe interim accipit à Diacono, vel Acolytho aſperſorium aquæ benedictæ, & facta profunda inclinatione Cruci, quæ*

eſt

eſt ex aduerſo, Diacono, ſeu ministro genufleᶜtente, fimbrias pluuialis ſubleuante: circumiens feretrum (ſi tranſit ante ſacramentum, genufleƈtit) aſpergit corpus defunƈti: deinde reuerſus ad locum ſuum, Diacono miniſtrante, accipit thuribulum, & eodem modo circuit feretrum, & corpus incenſat, vt aſperſerat: poſteà reddito thuribulo ei, à quo acceperat, ſtans in loco ſuo, Acolytho, ſeu alio miniſtro tenente librum apertum ante ſe, dicit. ℣. Et ne nos inducas in tentationem ℟. Sed

libera nos á malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: te ſupplices exoramus pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc ſæculo migrare iuſſiſti: vt non tradas eam in manus inimici, neque obliuiſcaris in finem,

ſed iubeas eam á ſanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam paradiſi perduci: vt quia in te ſperauit, & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia ſempiterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum ℞. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur, pro anima famuli tui Sacerdotis, quam hodie, &c.

Finita Oratione, corpus defertur ad ſepulchrum, ſi tunc deferendum ſit, & dum portatur, Clerici cantant Antiphonam.

IN paradiſum deducant te Angeli: in tuo aduentu ſuſcipiant te Martyres, & perducant te in ciuitatem ſanctam Ieruſalem. *Ana.* Chorus Angelorum te ſuſcipiat, & cum Lazaro quondam paupere æternam habeas requiem.

Cum autem peruenerit ad ſepulchrum, ſi non eſt benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens hanc Orationem.

Oremus.

DEus, cuius miſeratione animæ fidelium requieſcunt, hu-

hunc tumulum benedicere dignare, eique Angelum tuum ſanctum deputa cuſtodem; & quorum, quarum que corpora hic ſepeliuntur, animas eorum ab omnibus abſolue vinculis delictorum, vt in te ſemper cum Sanctis tuis ſine fine lætentur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Dicta Oratione, Sacerdos Aqua benedicta aſpergat, deinde incenſet corpus defuncti, & tumulum.

Quòd ſi corpus tunc ad ſepulturam non deferatur, omiſſo Reſpon

ponſorio, In paradiſum, &c. *&* *benedictione ſepulchri, ſi iam eſt benedictum, proſequatur Officium vt infra, quod numquam omittitur: & intonet Antiphonam.* Ego ſum reſurrectio.

Et dicitur Canticum Benedictus:

B Enedictus Dominus Deus Iſraël; quia viſitauit, &c.

Et repetitur Antiphona.

Egoſum reſurrectio, & vita, qui credit inme, etiam ſimortuus fuerit, viuet: & omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum.

Poſteà Sacerdos dicit: Kyrie

e-

eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c. *Interim corpus aſpergit.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos á malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FAc, quæſumus Domine, hanc cum ſeruo tuo defuncto miſericordiam, vt factorum ſu-

ſuorum in pœnis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem; vt ſicut hic eum vera fides iunxit fidelium turmis, ita illic eum tua miſeratio ſociet Angelicis choris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Pro Mulieribus.

Fac, quæſumus Domine, hanc cum famula tua defuncta miſericordiam, vt factorum ſuorum in pœnis non recipiat vicem, quæ tuam in votis tenuit voluntatem; vt ſicut hic eam vera fides iunxit fidelium turmis, ita illic eam

tua miſeratio ſociet Angelicis choris. Per Chriſtum, &c.

℣. Requiem æternam dona ei Domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen

℣. Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde à ſepultura in Eccleſiam, vel in Sacriſtiam reuertentes, dicant ſine cantu Antiphonam, Si iniquitates, *cum Pſalmo*, De profundis, &c. Requiem æternam dona eis Domine, &c.

ORDO
SEPELIENDI PARVVLOS.

CVm infans, vel puer baptizatus, defunctus fuerit ante vſum rationis, induitur iuxta ætatem, & imponitur ei corona de floribus, ſeu de herbis aromaticis, & odoriferis, in ſignum integritatis carnis, & virginitatis; & Parochus ſuperpelliceo, & ſtola alba indutus, & alij de Clero, ſi adſint, præcedente cruce, quæ ſine haſta defertur, accedunt ad domum defuncti cum Clerico aſperſorium deferente. Sacerdos

aſ-

aſpergit corpus, deinde dicit:
Aña. Sit nomen Domini. &c.

Pſalmus. 112

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & uſque in ſæculum. A ſolis ortu uſque ad occaſum, laudabile nomen Domini. Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, & ſuper cælos gloria eius. Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo, & in terra? Suſcitans à terra inopem: & de ſterco-

re erigens pauperem: Vt colloc|cet eum cum principibus, cum principibus populi ſui. Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Gloria Patri. &c.

Aña. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

Dum portatur ad Eccleſiam, dicatur Pſalmus,

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus: in toto corde exquirunt e-

um.

um. Non enim qui operantur ini quitatem, in viis ejus ambulaverunt. Tu mandaſti, mandata tua cuſtodiri nimis. Vtinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas juſtificationes tuas. Tunc non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici judicia juſtitiæ tuæ. Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas uſquequaque. In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos. In toto corde

me

meo exquiſivi te: ne repellas me á mandatis tuis. In corde meo abſcondi eloquia tua: ut nonpeccem tibi. Benedictus es Domine: doce me juſtificationes tuas. In labiis meis, pronuntiavi omnia judicia oris tui. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus divitiis. In mandatis tuis exercebor: & conſiderabo vias tuas. In juſtificationibus tuis meditabor: non obliviſcar ſermones tuos. Gloria Patri. &c.

Et ſi tempus ſupereſt, dici poteſt.

Pſalm. Laudate Dominum de cae-

cælis, *Vt infra. Fol.* 211

Cum autem peruenerint ad Ecclesiam, dicatur:

Aña. Hic accipiet. &c.

Pſalmus 23.

DOmini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina præparauit eum. Quis aſcendet in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in do-

dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionem à Domino: & miſericordiam á Deo ſalutari ſuo: Hæc eſt generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Iacob. Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio. Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe

eſt

eſt Rex gloriæ. Gloria Patri. &c.

Aña. Hic accipiet benedictionem á Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo, quia hæc eſt generatio quærentium Dominum.

Poſtea dicitur, Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. *ſecretò. Interim corpus aſpergit.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos á malo. ℣. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti. ℟. Et confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. ℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens & mitiſſime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptiſmatis, dum migrant á ſæculo ſine ullis eorum meritis vitam illicò largiris æternam, ſicut animæ huius parvuli hodie credimus te feciſſe: fac nos, quæſumus Domine, per interceſſionem beatæ Mariæ ſemper Virginis & omnium Sanctorum tuorum, hìc purificatis tibi mentibus famulari, & in paradiſo cum beatis parvulis perenniter

ter ſociari Per Chriſtum Domi-
numnoſtrum. ℟. Amen.

Dum portitur ad tumulum, & etiamſi tunc non portetur, dicitur.

Aña. Iuvenes & virgines. &c.

Pſalmus. 148

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes ſtellæ & lumen. Laudate eum cæli cælorum: & aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domi-

mini. Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi: præceptum poſuit, & non præteribit. Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abyſſi: Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius: Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri: Beſtiæ, & vniuerſa pecora: ſerpentes, & volucres pennatæ: Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ. Iuve-

venes, & virgines, ſenes cum iunioribus, laudent nomen Domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius. Confeſſio eius ſuper cælum & terram: exaltauit cornu populi ſui. Hymnus omnibus ſanctis eius: filijs Iſraël, populo appropinquanti ſibi. Gloria Patri. &c. *& repetitur.*

Aña. Iuvenes & virgines, ſenes cum iunioribus laudate Dominum de cælis. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos

á malo. ℣. Sinite parvulos venire ad me. ℟. Talium eſt enim regnum cælorum. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, ſanctæ puritatis amator, qui animam huius parvuli ad cælorum regnum hodie miſericorditer vocare dignatus es; digneris etiam Domine ita nobiſcum miſericorditer agere: vt meritis tuæ ſanctiſſimæ Paſſionis, & interceſſione beatæ Mariæ ſemper virginis, & omnium Sanctorum

tuo-

tuorum in eodem regno nos cum omnibus ſanctis, & electis tuis ſemper facias congaudere. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum. ℞. Amen.

Deinde Sacerdos corpus aſpergat aqua benedicta, & thurificet ſimiliter & tumulum; poſteà ſepeliatur.

Cùm autem à ſepultura reuertuntur in Eccléſiam, dicatur.

Aña. Benedicite. &c.

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera Domini

Domino : laudate, & ſuper exaltate eum in ſæcula. Benedicite Angeli Domini Domino. &c.

Aña. Benedicite Dominum omnes electi eius, agite dies lætitiæ, & confitemini illi.

Deinde ante Altare dicit Sacerdos : Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus:

DEus, qui miro ordine Angelorum miniſteria hominumque diſpenſas : concede propitius; vt á quibus tibi miniſtrantibus in cælo ſemper aſſiſtitur, ab his in

te

terra vita noſtra muniatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

PArochus admonitus de aliquo matrimonio in ſua Parochia contrahendo, primum cognoſcat ex his ad quos ſpectat, qui, & quales ſint, qui matrimonium contrahere volunt: An inter eos ſit aliquod canonicum impedimentum:

Antequam matrimonium contraha-

ha-

batur, ter à proprio contrahentium Parocho continuis diebus feſtis in Eccleſia intra Miſſarum ſolemnia ad ipſius concilij præſcriptum publicè denuntietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum.

Si veró vir & mulier Parochiæ ſint diuerſæ, in vtraque Parochia fiant denuntiationes: quibus denuntiationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij procedatur. Sed ſi quid obſtat, ultrà Parochus non procedat.

Has

Has autem denuntiationes Parochus facere non aggrediatur, niſi priùs de utriusque contrahentis libero conſensu ſibi benè conſtet. Si verò infra duos menſes poſt factas denuntiationes matrimonium non contrahatur, denuntiationes repetantur.

Denunciationum Formula.

Pedro ytaberà (*nomen ſponſi*) Francisco Quaracĩ (*nomen Patris familias*) ropeguara, oipota guẽbireco ramo Lucia ñeẽngĩru (*nomen ſponſæ*) Lorenzo yacĩtata (*nomen Patris familias*) ropeguara.

Men

Mendararuá amoquaapára, tomombeu raibi Pay upe, y,yopopĭcĭ eỹmobe, conico henoì ipĭ haba (*ſi primó*) vel: henoi momocoîndaba (*ſi ſecundò*) vel: henoî mombohapĭhaba, (*ſi tertiò denunciauerit.*)

Caueat Parochus, nequando coniuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eos in ſecundis benedicat, ſiue mulier, ſiue etiam vir ad ſecundas nuptias transeat. Sed vbi ea viget conſuetudo, ut ſi mulier nemini umquam nupſerit, etiam ſi vir aliam uxorem bi-

habuerit; nuptiæ benedicantur, ea ſeruanda eſt. Sed viduæ nuptias non benedicat, etiam ſi eius vir numquam uxorem duxerit.

Admoneantur præterea coniuges, ut antequam contrahant, ſua peccata diligenter confiteantur.

Poſtremò meminerint Parochi, à Dominica prima Aduentus uſque ad diem Epiphaniæ, & à Feria quarta Cinerum vſque ad Octauam Paſchæ incluſiuè, ſolemnitates nuptiarum prohibitas eſſe: ut nuptias benedicere, ſponſam traducere, nuptialia celebra-

re

re conuiuia. Matrimonium autem omni tempore contrahi poteſt.

RITVS CELEBRANDI MATRIMONII.

Sacramentum.

P*Arochus matrimonium celebraturus, publicationibus factis tribus diebus Feſtis, ſi nullum obſtet legitimum impedimentum, in Eccleſia ſuper pelliceo & alba ſtola indutus, adhibito uno ſaltem Clerico ſuper pelliceo pariter induto, qui librum, & vas Aquæ benedictæ cum aſperſo-*

rio

rio deferat, coram tribus, aut duobus teſtibus virum & mulierem, quos parentum vel propinquorum ſuorum præſentia cohoneſtari decet, de conſenſu in matrimonium interroget utrumque ſigillatim, ut infra.

APPENDIX.

Ex Manuali Toletano.

CVm, ut ex rubrica in Manuali poſita in fine ritus celebrandi hoc Sacramentum, Concilium Tridentinum optet retineri laudabiles conſuetudines, & caremo

monias in Provincijs circa celebrationem huius Sacramenti; quales in Manuali Toletano continentur: ideó modus & ritus celebrandi hoc Sacramentum in Hiſpania hactenus uſu receptus hìc apponitur.

Stante igitur viro ad dexteram, muliere verò ad ſiniſtram, Sacerdos conuerſus ad eos primùm exponat fructus & effectus Sacramenti, vulgari ſermone, iuxta præſcriptum Concilij Tridentini: præcipiatque, ut ſi quod eſt impedimentum liberè detegant, his verbis vel alijs, ut libuerit.

Ad fores Eccleſiæ.

PEyogueru ĩma raço quie Tupâ rope pabẽ rembiecha ramo Pay Abare pemomenda haguã rehe [Cheraĩreta, hae Cherayĩreta rano] pemenda catupĩrĩ ñanonde aète, tamombeù curitei ñote yepe co Sacramento mendahabari. gua reco marãngatu peẽme. Co Sacramento marangatu nanga IESV Chriſto tecatuai omoña aracaè, toñemboeta cheremimoñanguera Aba, haè Cuña Santa Igleſia teco moñangaba rupi, oyabo, aiporami oicobo ñote etei nanga

che

che gracia marângatu y ânga mo-
morangatu yoàyoá reteiha ameẽ
chupene, oyabo rano. Oyoquai
abe raco omendabaerã oanam-
betá ari ymenda eỹ haguã re-
he. Emonaramo mendararuá ño-
amoteè rehegua, coterã menda
rupi ñoamo rehegua; coipo an-
gaipa rupi ñoamo ñemì rehegua
amo quaapara tomombeù raibi
chebe, ymomenda eỹmobe.

P. Oime pipo amo? R. Ani.

*De conſenſu Vtrumque interro-
get ſigillatim in hunc modum.*

Ad ſponſam.

N. Ereipotapico N. ndemende-
te ramo tapiariguarâma, Santa Ma-
dre Igleſia tecomoñangaba rupi
nderemimbotara rupi catu?
R. Aypota.
P. Ereipiçi pico ndemendete ra-
mo? R. Aypici.
P. Ereñemeê pãnga chupe hem-
bireco ete ramo? R. Añemeê.

Ad ſponſum.

N. Ereipota pico N. nderembi-
reco ete ramo tapiariguarâma,
Santa Madre Igleſià teco mo-
ñangaba rupi, nderemimbotara ru-
pi catu? R. Aypota.

P.

P. Ereipiçĩ picɔ nderembireco ete ramo? R. Aypĩci.
P. Ereñemeẽ pânga chupe ymendete ramo? R. Añemeẽ.
Mutuo Contrahentium conſenſu intellecto, Sacerdos iubeat eos in vicem iungere dexteras dicens:
Peyopopĩci.
Et ego ex parte Dei omnipotentis, & Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Sanctæ Matris Eccleſiæ vos Matrimonio coniungo, & iſtud Sacramentum inter vos firmo. In nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.
Po-

Poſtea eos aſpergat aqua benedicta.

RITVS ET CEREMONIÆ BENEDICTIONIS Nuptialis.

CVm ſponſi volunt poſt contractum matrimonium benedictionem Miſſæ nuptialis accipere, conſtitutis ipſis ante fores Eccleſiæ, Sacerdos accedit ad eos indutus amictu, alba, ſtola, & pluuiali albi coloris, prædentibus Miniſtris cum Cruce & aſperſorio. Primum computet arras, quæ ſolent eſſe tredecim nummi,

mi, quibus in patella poſitis, ſimul cum duobus annulis aureis, vel argenteis, faciat benedictionem arrharum, & annulorum hoc modo.

Benedictio arrharum.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum. ℣. Domine exaudi Orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore

Oremus.

BEnedic Domine has arrhas, quas hodie tradit famulus tuus hic in manum ancillæ tuæ: quemadmodum benedixiſti Abraham cum Sara, Iſaac cum Rebecca, Iacob cum Rachel: dona ſuper eos gratiam ſalutis tuæ, abundantiam rerum, & conſtantiam operum; floreſcant ſicut roſa in Iericho plantata, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum timeant, & adorent ipſum, qui trinum poſſidet Numen, cuius regnum, & imperium ſine fine per-

ma-

manet, in ſæcula ſæculorum.
℟. Amen.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, qui in ſimilitudinem ſancti connubij, Iſaac cum Rebecca, per interceſſionem arrharum Abrahæ famuli tui, copulari iuſſiſti, ut oblatione munerum numeroſitas creſceret filiorum, quæſumus omnipotentiam tuam, vt ad hanc oblationem Arrharum (quas hic famulus tuus, dilectæ ſuæ ſponſæ offerre procurat) ſanctificator accedas, eoſque cum ſuis muneribus

bus propitius bene ✠ dicas, quatenus tua benedictione protecti, & inuicem dilectionis vinculo innexi, gaudeant ſeliciter cum tuis fidelibus perenniter mancipati. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Benedictio annulorum.

BEnedic Domine hos annulos, quos in tuo nomine benedicimus: vt qui eos portauerint, in tua voluntate permaneant, & in amore tuo viuant, ſeneſcant, & multiplicentur in longitudine dierum. Per Chriſtum

Do-

Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Oremus.

CReator, & conſeruator generis humani, dator gratiæ ſpiritualis, largitor æternæ ſalutis; tu Domine tuam mitte bene ✠ dictionem ſuper hos annulos, vt qui hoc fidelitatis ſigno inſignitus inceſſerit, in virtute cæleſtis defenſionis, ad æternam vitam ſibi proficiat. Per Chriſtũ Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Benedictio Dei Pa ✠ tris omnipotentis, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ Sancti deſcendat, & maneat ſu-

ſuper hos annulos, & has arrhas.
℟. Amen.

Et aſpergat Sacerdos annulos, arrhas, & circumſtantes aqua benedicta. Deinde Sacerdos accipit alterum annulum inter primos tres digitos, dicens:

Benedic ✠ Domine hunc annulum, vt eius figura pudicitiam cuſtodiat.

Et inſigit illum in digitum quartum dexteræ manus ſponſi, dicens:

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. ℟. Amen.

Pari modo alterum annulum accipit, & benedicit, ut ſuprà: & tradit eum Sponſo, qui accipiens illum tribus digitis, inſigit illum in quarto digito manus dexteræ ipſius ſponſæ. Mox iunctis manibus ſponſæ inferiùs, & deſuper manibus Sponſi, Sponſus demittat arrhas in manus ſponſæ, dicens hæc verba, præeunte Sacerdote:

Cherembireco co muãnguahá [*l.* muaỹru] hae co quarepoti, Arras yaba ameẽ ndebe mendahá raãngabamo. *Reſpondeat illa:* che aypicĩ.

Et deponit arrhas in patellam. Deinde dicit Sacerdos.

℣. Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. ℣. A templo ſancto tuo, quod eſt in Ieruſalem, tibi offerent Reges munera. ℣. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, ut excludant eos, qui probati ſunt argento. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. ℟. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen. Kyrie eleiſon. Chriſte

eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos á malo. ℣. Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominnus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, bene ✠ dic coniuges iſtos, & ſemina ſemen vitæ in mentibus eorum, ut quid quid maieſtati tuæ gratum eſſe

intellexerint; opere compleant. Per Chriſtum Dominum noſtrũ.
℟. Amen.

Nota: rubrica, quæ ſequitur non eſt in uſu, idèò omitti poteſt, imó conuenit.

Tunc Sacerdos apprehendens manum dexteram utriusque coniugis, introducat eos in Eccleſiam, dicens:

Pſalmus 127.

Beati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi

tibi erit. Vxor tua ſicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum. Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Israël. Gloria Patri. Sicut erat, &c.

Cum peruenerint ad altare, flectunt genua, & Sacerdos conuerſus ad eos, dicit:

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos in ducas in tentationem. ℟. Sed libera nos á malo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BEnedicat Deus veſtri oris eloquia, Amen. Cor veſtrũ ſinceri amoris copulet nexu perpetuo, Amen. Floreatis cum præſentium copijs, fructificetis decenter in filijs, gaudeatis perenniter cum amicis, Amen.

Tri

Tribuat vobis Dominus dona perennia, parentibus, & amicis feliciter dilatata, & cunctis gaudia ſempiterna, Amen.

Oremus.

BEnedicat vos Dominus cæleſtis gloriæ, Rex omnium Sanctorum. Amen. Detque vobis ſuæ dilectionis dulcedinem, & ſæculi præſentis felicitate lætari, Amen. Collato etiam gaudio filiorum, poſt diuturnum tempus conferat habitaculum cæleſtium manſionum, qui vivit & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

RITVS, ET CÆREMONIÆ
MISSÆ NVPTIALIS

His actis Sacerdos deponit pluuiale, & accipit planetam, & manipulum albi coloris, Miſſa de nuptiis dicitur, ut habetur in Miſſali Romano ex decreto Concilij Tridentini edito, quæ inſcribitur, pro Sponſo & Sponſa, & incipit: Deus Iſrael coniungat vos, *cum ceteris adiunctis. Si benedictio nuptiarum facienda eſt die Dominica, vel alio feſto ſolemni, dicatur Miſſa de Dominica, vel*

fe-

feſto, cum gloria in excelſis, &
Credo, ſi illa Miſſa id requirit, & cum commem. nuptiarum; additis etiam orationibus, Propitiare, & Deus, quipoteſtate, *cum cæteris ad nuptias pertinentibus. In hac Miſſa, quamquàm votiua ſit, dicitur una tantùm Oratio, dicto in Miſſa* Pater noſter, *Sacerdos antequam dicat,* Libera nos, quæſumus Domine, *genuflectit, & recedit ad cornu Epiſtolæ, & ibi ſtat verſus Sponſum & Sponſam ante altare genuflexos. Interim miniſter (ubi ſic*

ſi

ſieri conſueuit) velet ſerico vela-mine candido, & purpureo, ſi commodè fieri poſſit, Sponſi ſcapulis, ſponſæ verò capiti. Sed & mos eſt quibusdam iugale ponere ſuper humeris utriuſque.

Tunc Sacerdos dicit Orationem, Propitiare Domine ſupplicationibus, &c. *& ſequentem,* Deus, qui poteſtate. *Quibus dictis, conuerſus ad medium altaris genuflectit, ſurgit, accipit patenam, & dicit,* Libera nos, *& reliqua more ſolito. Dicto,* Benedicamus Domino, *vel, ſi Miſſæ illius diei conue*

ueniat, Ite Miſſa eſt, *Sacerdos antequam populo benedicat, conuerſus ad Sponſum & Sponſam, dicat*: Deus Abraham, &c. *Poſtea miniſter aufert velamen, & iugale. Deinde Sacerdos Oratione graui admonet coniugatos vulgari ſermone in hunc modum.*

PRO PRIMIS VEL SECVNDIS *Nuptijs.*

IESV Chriſto ñandeyara tecatuai remimoñangue nico Sacramento marãngatu mendaha

Che

Cherayĭreta, Cherayĭreta rano, nambaẽ aèrâ rehe rũguaĩ, tomboabai eme cheporoquaita marã-gatu mboaye haguã, hae omenda porė retaî chebe ñote toguereco, oyabo catu raco omoña aracaė. Emona ramo Cherayĭreta: na pendecotebẽha tetĩrõ rehe ño peñopitỹbôngatu haguã rehe ruguaĩ, pemenda coĭte, Tupã po-roquaita marãngatu peñomongi-reỹngatu pĭpe ymboaye catupi-rĭ haguã rehe catu raco pemendá. Aiporãmbari raco peyoaihu yoya catu ñote peyoguerecobone,

oyo

oyohugui peyepi̮a croba robatei
potareỹmo, añã aipo oyohugui
pepi̮a mboyao haguã rehe yye-
porara teĩ yepe rerobia potare-
ỹmo rano. Hae omeẽ ramo Tupã
ñandeyara pendecobiarã amope-
ẽme, peñangareco catu angá he-
ce, aipo pendeco marãngatu rupi
ñote ymboè catu pi̮ribo, angaipa
tetirõ mboabaetebo chupe, na
peñeẽ pipe ñote rũguai, penem-
biapo catupiri̮ pi̮pe abe rano, e-
guĩ ramingatu ãngaipa agui qui-
hiyè haba ñote toguerocaquaá an-
gã quie ỹbi̮pe Tupã retãme abe
pem

pemoãnga pihĩ apĩreỹ haguãma ri coĭte.

Vel.

SAn Pablo marangatu raco co mendaha reco mombeguabo, na hey aracae rae (*Sacramentum hoc magnum eſt.*) mbae tubichá ete nanga co Sacramento mendahabarigua, oyabo. Ayete Cher. Mbae tubicha ete naco mendahaba reco, Sacramento yabamo Tupà remimoingó ramoẻ, Hecoubicha abe raco ñoânga reco aguiye ihá Tupâ gracia yá, omendabae cuẻ upe ymoñeỹrũmoucahabamo,

mo, Tupã rehe ỹbape yeoitarã ñemboeta habamo rano. Emona abe mbae tubicha aipo mendahá reco, teco aguaça aña reça upe ñote yporãporã aubae mocañỹ habamo guecohape rano. Haeramo Cher. peyepiamboya mboya aù eme angá que ambuae amo rehe aipo peẽme Tupã tecatuay remî meẽguèraguì, mendaha reco marangatu mombochĩbo. Chatepiã eguì nunga nungarau omenda eỹ bae aguìbe omòĩrõguaçu Tupã ñandeyara, hae ymoỹrôbe hague reco rupi guecobe parire ymbo-

ara

araquaa acĭcatupĭramo heconi ne. Peyoaĭhu catu ñote peyoguerecobo anga, petequarai tetĭrõ ari peñopĭtĭbomo peyoguerecoto rano. Peñemõbaraete catu abe anga peãnga reco aguĭyeihá Tupã gracia ya co Sacramento marangatu poequabamo penembipĭcĭ cuera curi, ymocãñy eỹhaguã rehe. aiporanî peyoguereco ramo ngatu te nanga pebahe yepe ucù Tupã retãme peyoguerahabo ne, acoi teco angaturãmbete ymarangatubae upe guarãma ñote Tupã ñemboçacoi hague rehe peyeco-

hu

hu apĭreỹ haguãma ri coĭte.

Vel

Pe mẽnda ĭma nico Santa Madre Igleſia pendecorã meẽngague rupi peicobo curi Cher. Cherá-yireta rano. Co Miſſa marangatu pipe raco Pay Abare pendehe oñemboe ramo, oyerure Tupã upe pendecobeya peyoguereco catu ñote haguã rehe. Haeramo Peñeỹque yoaĭhu catu pĭpe ño-te peyoguerecobo anga, aipote-co peéme Tupã tecatuay remĩ meẽnguerupi ñote peicobo. Am-buae amo raĭhu ĭhu aupotareỹmo,

pen

pendecotebehá tetîrõ rehe abe peñopĭtĭbô yoyacatubo peyoguerecobo rano. Peyepía eroba uca eme angaque áñã upe, ambuaè aè co Sacramento mãrangatu pĭpe Tupã remîmeẽngueragui ymoaruãngatu teỹmo herecobo ãnga. Na mendaré reco aguĭyei rerecohara ruguâỹ nanga aipo nunga nungarau, Tupã remimboaraquaaací caturã catu raco haè. Añebè Tupâ ñemcỹrõ habagui ñote peñeãngu catu peicobo ãnga, pe nanõ hapebe Tupâ gracia marangatu curi penembiyohu cue

re

rerobahẽ haguãmari coite.

PRO PRIMIS
NVPTIIS.

Tantùm

ANg pemenda rire, hae co Miſſa marangatu pipe pendehe Pay oñemboeramo, Santa Madre Igleſia teco moñangaba rupi, omoĩ uca Tataendì amo pepope, hae aó morotiamo pipeabe peapebã *l.* peahoi, hecebe tucumbó amo peayurupi ymoĩna rano. Eguìbae nãnga pendecorãm-

rambete omboyequaa Cher. Ara-
caebey yepe yohegui peyaotey̆
haguameỹ mboyequaabo raco tu-
cumbo pipe ymboyoayu pĭramo
peico, haeramo acoi mỹmba ym-
boyoayupĭ ñopĭtĭbongatu ñabẽ-
be, pendecobe yacatu peyoaĭhu
ñopĭtỹbongatu ñote peicobo.
Ao moroti raco omoi pendehe,
pendeco maraneỹ año reroeco-
bepucu haguâ mombeguabamo.
Tataendĭ aete raco Tupâ pen-
deçapè haba rupi penembiapo
marangatu catupegua pĭpe abe
Tupâ raĭhuhaba pemboyequaa
pe-

pendecobe yabetey peicobone, oyabo, omoî pepope. Haeramo Cher. peyeporara catu angá, eguî tataendĭ penembipicĭ cue abiareỹ Tupâ raĭhu haba mbogue eỹ haguâ rehe yporoquaita marângatu raça teỹ cereỹ rerecobo yepi, Chatepiâ: eguî hataendĭ guereỹ baecuera ñote arireoique Tuparetame ne, angaipa amo pĭpe ymbogue teỹ hareraaete, oyeupe Tupâ retâ mbotĭ ucaharamo ñote etey heconi ne, na ara amo pĭpe yepe Tupâ rechacaba rehe yyecohu teỹ ñanonde ruguâỹ.

Poſt-

Poſtea aſpergat eos aqua benedicta, det benedictionem, dicat Evangelium Sancti Ioannis. In principio erat verbum, *& dimittat eos in pace dicens:*

COBae nderembireco, ndeirũna ete ramo ameẽ ndebe Cher. nanderembiguai rãma ruguaî tenicobae, terehaĭhu catu ñote, ñandeyara Ieſu Chriſto Santa Madre Igleſia rahĭu ñãbengatu.

Si fuerint plures.

ÂBae penembireco peîrũna ete ramo ameẽ peẽme, napenem

nembiguai rama ruguãi teniãbae, pehaihu catu ñote ñandeyara Ieſu Chriſto Santa Madre Igleſia raĭhu ñabẽngâtu.

DE SECVNDIS NVPTIIS.

SEcundæ nuptiæ non ſunt benedicendæ. Illæ verò cenſentur ſecundæ (ut non benedicantur) quæ ſunt ſecundæ ex parte feminæ, quamuis ſint primæ ex parte viri. Nec refert, an ipſa vidua, ſecundò nubens, ſit virgo, vel non, ſed an ſit ſemel benedicta: unde, quæ

quæ ſemel nupſit, ſed ante benedictiones receptas vidua facta eſt, cùm poſteà iterum nubit, benedicenda eſt: & quæ ſemel eſt benedicta, non eſt iterum benedicenda. In eiuſmodi autem nuptijs non benedicuntur, nec dantur arrhæ, nec annuli, nec ponitur velamen, nec iugale, nec dicitur Miſſa de nuptiis, ſed dumtaxat hæc fient: Sacerdos indutus; ut ſupra, accedit ad nubentes, exiſtentes in ingreſſu Eccleſiæ, & illos aſpergit aqua benedicta, introducit eos in Eccleſiam, dicendo Pſalmum, Bea-

ti

ti omnes, qui timent Dominum, &c. *& ſtatim prætermiſſis omnibus alijs, audiunt Miſſam, quæ pro illis dicenda eſt, ſemoti ab altari. Dicenda eſt Miſſa de Officio occurrenti, ſi ſit Feſtum duplex, aut dies Dominica: in alijs diebus poteſt dici Miſſa votiva, iuxta illorum deuotionem, dummodò non ſit Miſſa ordinaria pro Sponſo & Sponſa, nec in ea dicatur aliquid ex ijs, quæ ſunt inſerta in dicta Miſſa: & peracta Miſſa dicatur ſuper illos genuflexos ante altare ſequens Oratio.*

O

Oremus.

RESpice Domine ſuper hanc coniunctionem tuam, vt ſicut miſiſti ſanctum Angelum tuum Raphaelem pacificum Tobiæ, & Saræ filiæ Raguelis: ita digneris Domine mittere benedictionem tuam ſuper hos famulos tuos, vt in tua voluntate permaneant, & in amore tuo vivant, & ſeneſcant, & multiplicentur in longitudinem dierum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ Filium tuum, &c.

Benedictio Dei Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ Sancti deſ-

cen-

cendat ſuper vos, & maneat ſemper, Amen.

Et dicta ad eos exhortatione, vt ſuprà, aſpergit eos aqua benedicta, & dicit: Ite in pace.

RESPONSORIA PRO OPORTVNITATE temporis

IN PRIMA STATIONE.

℟. Credo quod Redemptor &c. Kyrie eleiſon &c. *Sacerdos dicit:* Pater noſter *& accipiens aſperſorium, aſpergit locum, qui eſt an-*

te

te ipſum, deinde dicit: Et ne nos inducas &c. v. fol. 186. *dicantur numero plurali.*

Oratio

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali, ſeu Sacerdotali feciſti dignitate vigere: præſta quæſumus; vt eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

In ſecunda ſtatione.

℣. Qui Lazarum reſuſcitaſti &c. *ut ſupra.*

Oratio.

DEus, veniæ largitor, & hu-

manæ ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam, vt noſtræ congregationis fratres, propinquos & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper Virgine intercedente, cum omnibus ſanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium peruenire concedas. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

In tertia ſtatione.

℟. Domine, quando veneris. &c. *ut ſupra.*

Oratio.

DEus, cuius miſeratione animæ fidelium requieſcunt,

famulis, & famulabus tuis omnibus hic, & vbique quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum, vt à cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lætentur. Per Christum Dominum noſtrum.

In ultima ſtatione.

℟. Libera me Domine de viis &c. *ut ſupra*

Memento +

mabus quæsumus +

Oratio.

Fidelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularum que tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt,

05-151

piis ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. *& dicto,* Requiem æternam, & Requieſcant in pace, *reuertuntur ad ſacriſtiam. In iſta ſtatione dicitur in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum* Libera me Domine de morte, *cum ſuis verſibus, & Oratione,* Fidelium.

Oremus

+ Animab. quesumus Dn̄e. famularum famularumque tuarum misericordias concede perpetuas ut eis proficiat in eternum, quod in te sperauerunt, et crediderunt per christum. R. Amen.

R. Hei mihi.

Oremus

Deus, qui nos patres et matres honorare precepisti: miserere clementer animabus parentum nostrorum, eorumque peccata dimitte nosque eos in eterne claritatis gaudio fac videre per christum. +

BA721
C363m